COMPUTUS ECCLESIASTICUS SIVE CALENDARIUM TRIPLEX: GREGORIANUM, ...

Georg Germann, Christoph Clavius

Computus Ecclesiasticus

Sive

CALENDARIUM TRIPLEX:

Gregorianum, Antiquum & Novum, cum novo cyclo Lunari & refutatione quorundam insignium errorum CHRISTOPHORI CLAVII, Bambergensis, è Societate JESU clarissimi nostri temporis Mathematici.

Authore

GEORGIO GERMANNO VVartenbergensi Boruss.

Francofurti Marchionum

Sumptibus Johannis Thimii exscriptus á Iohanne Eichorn.

In Illuſtris ac Magnifici Domini, Dn. Nicolai VVolsky à Podaietz, Curiæ Regni Poloniæ Marſalci, Crepicenſis, Rabſtinenſis, Inovvlodzenſis &c: Capitanei inſignia:

AD pugnam promptus quidnam Caper indicat? eſſe
Te Volſci fortem, magnanimumque virum.
A patriis arvis hoſtem qui Viribus arcet
Ingenioque. Caput quid ſibi vult aſini?
Pro patria haud renuis magnos tolerare labores
Cuius amore tibi ſarcina nulla gravis
Iunoni ſacræ quid ſignat cauda volucris?
Ante retroque oculos alter ut Argus habes,
Stella quid & Phœbe? tua per totum inclyta Virtus
Orbem, ceu Sydus vel nova Luna micat:
Quamque diu & ſtellæ & radiabunt cornua Lunæ.
Opto tam vitæ tempora longa tibi.
O celebres heroas inter celeberrime, lumen
Sarmatiæ ac generis gloria ſumma tui.

JLLVSTRI AC MAGNIFICO DN. DN. NICOLAO VVOLSKI A PODAIECZ CVRIÆ REGNI Poloniæ Marſalco, Crepicenſi, Rabſtinenſi, Inovvlodzenſi, &c. Capitaneo, Dn. & Mecænati ſuo. S.

QUEMADMODUM *Illuſtris Mecænas, optatum finem non eſt aſſecuta, celebrata liberalitas Regis Alphonſi, qui circa annum Dn. 1250. in tabularum ſuarum (quæ brevi admodum tempore cœlo & phænominis reſponderunt) conſtructionem quadringenta millia aureorum contuliſſe ſcribitur: ita etiam piæ recordationis Gregorium 13. Pontificem maximum, qui in Calendarij reformatores Mathematicos incredibiles navavit ſumptus, voto fruſtratum conſtat vel inde, quod Aſtronomi qui dictorum reformatorum laborem, Calendarium videlicet Gregorianum diligentius poſtmodum examinarunt,*

A   *necdum*

necdum justum esse, priscosq; Ecclesiæ Orthodoxæ ritus haud exacte respicere, graviter conqueruntur. Atq; imprimis, quod in eo nec apparens nec medium nec fictitium illud medium, quod ijdem reformatores excogitarunt æquinoctium, in die 21 Martii fixum maneat: veluti ab Oecumenico Concilio Nicæno est constitutum. Apparens enim æquinoctium prædictum, 21 diem deserendo, progredi potest usque ad ejusdem mensis diem 29. Hoc comitatur usque ad diem 28 æquinoctium medium fictitium, infidum factum suis inventoribus, qui illud à die 21 perpetuis temporibus nusquam abscessurum Gregorio 13 Pontifici atq; adeo toti mundo persuasere. Medium rursus Astronomicum, quod memorati reformatores ignorasse videntur, semper fit die Martij vel 22, vel 23, vel 24, nunquam 21. Iidem Astronomi conqueruntur, quod prædicti Calendarij reformatores, Epactas suas calculo cœlesti ita adaptaverint, ut non raro Luna, quæ earum indicio est 14, juxta calculum primum sit 13. Quamobrem, cogeremur sacrum pascha sæpe

in

in ultimo Hebræorum mense, sæpe etiam Luna 14, cum Tesserascedecatitis hæreticis celebrare, quod Concilium Nicænum sub anathemate fieri vetat & ipsummet Calendarium Gregorianum (canone 2) absurdissimum esse dicit. Deniq; conqueruntur quod novum quendam ac molestum, necnon per discontinua numerorum intervalla de anno in annum saltantem Epactarum cyclum, quo nunquam antehac Ecclesia usa est, invexerint, cum antiquus Aureus numerus, modo illi æquatio adhibeatur, idem quod Epactæ, & quidem faciliori ratione præstare possit. Tametsi vero mathematicarum scientiarum laude clarissimus Christophorus Clavius Bambergensis e societate Iesu, unus ex illis quibus veteris Calendarij corrigendi negotium datum fuit, & præcipuus ejusdem correcti patronus & defensor, folio 296, suæ Apologiæ contra Mæstlinum omnes prorsus errores in Calendario Gregoriano vitatos asserat his verbis: Ad hæc conatur (Mæstlinus) Calendarium novum reddere orbi universo odiosum, quod in celebratione Paschæ non

 evi-

evitaverit quinque insignes errores, quos maximè tamen volumus fugiendos, tanquam immanes aliquos scopulos, atque adeo in hac correctione esse vitatos mirificè gloriamur. Errores autem qui in Paschali festo cavendi sunt ad hos quinque revocari possunt. I. Ne celebretur Luna 14. cum hæreticis quartadecimanis. II. Ne ante Lunam 14. peragatur quod foret absurdius. III. Ne Lunam 21 consequatur, hoc est, ne in quartam hebdomadam mensis Lunaris incidat. IV. Ne in ultimo mense inveniatur, cuius nimirum Luna 14 æquinoctium verum antecedat. V Ne in mensem secundum rejiciatur &c.

Idem tamen in appendice libri secundi suæ Apologiæ defendens Possevium folio 322 huius suæ mirificæ gloriationis quasi oblitus, prædictos errores in nullo Calendario evitari posse affirmat, dum inquit: SED dices (Mæstline) Calendarium hoc innumerabilibus esse refertum erroribus, & veritati Astronomicæ penitus repugnare, quod ferendum non erat. Quibus autem erroribus? His opinor quos non

semel

ſemel commemoravimus. Primum æquinoctium, per æquationem in Calendario præſcriptam, non retinetur in die 21 Martii, ad quem revocatum eſt, ſed ab eo libere in utramq; partem evagatur usq; ad diem 19 & 24, quanquā ad 21 diem interim redeat. Deinde Novilunia per Epactas ſerius quam oportet monſtrātur, ac proinde contingere poteſt (etſi raro) ut Paſcha in quartam menſis Lunaris hebdomadam rejiciatur. Tertio, Paſcha nonnunquam ex primo menſe in ſecundum vel duodecimum transfertur, licet raro etiam id fiat, nimirum quando Luna 14 Paſchalis diem 21 Martii antecedit, ſubſequitur autem diem quo æquinoctium contigit, vel in eundē incidit; Si forte æquinoctiū verum ante d. 21 accidat vel quando æquinoctiū d. 21 Martii inſequitur, Luna vero 14 Paſchalis idem æquinoctium antevertit, dūmodo ante d. 21 non reperiatur. Quarto, Paſchæ dies agetur interdum etſi rariſſimè in ipſa Luna 14 ante Pleniluniu̅m ſive Lunam 15. Ad hos enim quatuor errores omnia quæ Calendario novo à te objiciuntur, vel à quopiam alio objici poſſunt, revocare li-

licet: neq; ipsum alterius errati unquam convinces, etiamsi omnes machinas adhibeas. Verum hi quatuor errores (si erratum dicendũ est, quod non temerè sed necessario admitti interdum debet) in nullo Calendario, quod per cyclos & regulas captu faciles atq; uniformes (ut par est) instituitur, evitari possunt, &c.

Hinc etiam prædictam appendicem sic concludens;

Verum, inquit, si calendarium Gregorianum denuo oppugnare vis atq; evertere, demonstrandum tibi erit, aut in eo alios errores præter quatuor nuper enumeratos reperiri, cum quatuor illi devitari nequeant; aut frequentius Ecclesiam in eos incurrere in novo Calendario, quam in veteri; aut certè si neutrum illorum consequivaleas, ut plane persuasum habeo, conficiendum abs te erit Calendarium, quod omni prorsus labe careat, dummodo in eo annus civilis (quod caput est) usurpetur & cycli ab Ecclesia usitati adhibeantur: quod ad Calendas Græcas te facturum speramus. Forti igitur animo sis & ad tam præclarum facinus audendum manus admove

HIC RHODUS HIC SALTUS. Hucusq; Clav.

Quod igitur ille Mæstlino suadet, ego, aggressus divino suffragante numine & Musis faventibus, fœliciter ad Vmbilicum perduxi; videbitq́ue æquus censor, quod in sistendo ad diem 21 Martij æquinoctio, omnes quatuor causas, quæ apparentem anni tropici magnitudinem variant, nempe inæqualem æquinoctiorum, seu sectionum æquinoctialium præcessionem, anomaliam annuam Solis in Zodiaco, mutationem deniq́ue tum Eccentrotetis, tum Apogæi quam diligentissimè observaverim; Vnde æquinoctium apparens in nostro Calendario diem 21 Martij transilire nunquam potest, quemadmodum fit in Gregoriano, ubi Prosthaphæreses æquinoctiorum & orbis Solis, quæ sunt tempore ingressus Solis in primum punctum dodecatemorii Arietis huius ævi, imposterum perpetuo tanquam invariabiles præsupponuntur. Quod etiam fictitium illud medium æquinoctium (quod tamen tanquam nō Astronomicum è Calendario explodendum censeo) melius diem 21 Martij custodiat in nosto Calendario, quam in Gregoriano, gloriari

B nolo.

nolo, quanquam jure potiori id facere possem, quam Calendariopæi Gregoriani, si non quod verbis polliciti sunt, sed quod reipsa præstiterunt, attendamus. Præterea Epactis de Calendario amotis, substitui Aureum numerum æquatum, qui naturali numerorum serie incedens, Lunam 14 Paschalem non prius quam Calculus Prutenicus indicabit. Summam enim diligentiam adhibui, ut aliquando Pascha vel in ultimo mense vel Luna 14 (quod in Calendario Gregoriano sæpenumero accidit) celebrandum occurrat. Demum ne quid deesse videatur tabulas apposui, quæ ut æquinoctij veri & medij: ita Syzygiarum mediarum Solis & Lunæ tempus juxta triplex Calendarium Gregorianum scilicet antiquum & nostrum novum absque ulla fere calculatione suppeditant; Vt inde quilibet vel mediocriter in logistica versatus, quodnam ex his iustius, Sacrique Concilij Nicæni constitutionibus magis conforme sit, examinare poßit. Quod ingenii mei specimen aliqui forsitan quasi novum, & communi Ecclesiæ sententiæ contrarium cen-

suræ

ſuræ Eccleſiaſticæ pœna dignum judicabunt. Quibus reſpondeo, me Clavio, Mathematico clariſſimo, conſultore ad tam præclarum facinus audendum manus admoviſſe: atq́ cœlum, ut ſanctorum Patrum & Sacræ Nicenæ Synodi inſtitutis, tum & bullæ Gregorii 13 Pontificis (cui admodum reluctatur dum æquinoctium vernum à xii Cal. Ap. ſede ab eadem ſibi ut perpetuo ibi fixum maneat, conſtituta ad quintum vel quartum usq; Cal. eiusdem menſis progreditur, morem (quantum veritas calculi Prutenici permittit) gerat, coegiſſe. Quare, cum perfecerim id, quod celebres illi Mathematici, quos magnis præmiis ex primariis Chriſtiani orbis nationibus Romam convocatos Gregorius 13 Pontifex ad correctionem illam adhibuerat, præſtare non potuerunt, cur pœnam & non potius laudem atq; præmium merear? Veritas adoleſcentula ſaltem partu mõſtroſo odium parit. at adultior amorem ſui generis prolem gignit, quod experientia rerum magiſtra abunde teſtatur. Quanquam igitur nonnulli mihi Calendarioq́; huic meo

prima fronte refragabuntur: nihilominus plures industriam meam probaturi sunt: Ex quorum numero futuros non ambigo omnes tum Astronomos in calculo Prutenico probè versatos, qui in diligenti examine ea, quæ scribo, verißima comperient, tum eorum fautores & patronos, atq; imprimis te Illustris Mecœnas, qui alios omnes antecellis. Nam me clientem tuum singulari semper gratia complexus quamplurimis ornasti beneficiis, quorum cumulum augere adjectione novorum, indies non desinis. Quæ res me adeo in tui amorem venerationemq; pertraxit, ut tibi cui jampridem meipsum omniaq; mea devovi, etiam hunc ingenii mei fœtum, Calendarium nimirum omnibus constans numeris, in pignus meæ erga te gratitudinis & observantiæ, nuncuparem. Quod si ea humanitate à me susceperis, qua Theodosius Imperator centum annorum tabulam Paschalem, à Theophilo Patriarcha Alexandrino sibi oblatam preciosißimi muneris instar suscepit: Voto potitum me laboris ac diligentiæ nunquam

pœni-

pœnitebit. Accedit postremo loco huc, quod sub Illustris nominis tui auspicio virulentos zoilorum morsus, tanquam tutus sub Aiacis clypeo Achilles, minus pertimescam. Vale Illustris Mecœnas, & hunc laborem meq́; ipsū tuo patrocinio ne dedigneris.

Jllustris Magnificentiæ T.

Servitor humillimus

Georgius Germannus.

Clarissi-

Clarissimo atq; Doctissimo Viro

DN. DAVIDI ORIGANO

ARTIVM ET PHILOSOPHIÆ DOCTORI, STUDIIQUE MATHEMATICI IN INCLYta Francofurdiensi ad Oderam Academia Professori atq; inter Ephemeridum nostræ ætatis scriptores facile principi. Georgius Germannus Borussus S.

APOLLONIVS ILLE CELEBRIS sive Magus sive Philosophus, dispersas ubiq; terrarum Musas insequens, magnam orbis partem peragravit, interq; alios, quos adiit populos, ad Bragmanas etiam pervenit; Vt Hiarcham in trono sedentem aureo, deq; Tantali fonte potentem in Physicis, Ethicis atq; Mathematicis disciplinis inter paucos discipulos philosophantem audiret. Quid sapientem hunc Virum ad tam longinquum iter suscipiendum impulit? Natura nempe, quæ amorem sciendi nobis insevit, stimulante, eos quos eruditionis fama commendat coram etiam & videre & audire mirum in modum ardemus, nullo longinquo itinere vel impensarum metu impediti. Eandem ob causam ego quoq; quantuluscunq; sum clarissime Origane ex oris Sarmatiæ Francofordiam celebritate nominis tui pellectus

pellectus veni. Vt te, quē ex monumētis in Matheſi editis (pro quib. perpetuos tibi honores & immortalitatem Vraniæ decrevit) novi, corā quoq; viderem. Vbi ſingularis congreſſus atq; omni fama maior eruditio tua in magnam me tui admirationem perduxit, adeô ut Calendarium hoc meum judicio atque cenſuræ tuæ ſubmittere non dubitarim. Quod, quia tu Vir noſtri ſeculi decus, poſt diligens examen, & luce & laude dignum judicaſti, facile etiam ab aliis approbatum iri ſpero; nec quicquam aliud deſiderari exiſtimo, quam ut te rogem quo tibi provinciam hanc, ut primo quoque tempore imprimendum cures, aſſumere velis. Quod ego inter alia, quæ in me Francofordiæ dum te inviſerem, contuliſti beneficia, non ultimo loco collocavero. Vale excellentiſsime Origane, meque tui obſervantiſs. commendatum habe, & cum editione præclari operis tuarum novarum Ephemeridum, quas ad annum 1654 usq;, juxta calculum tam Tychonicum quam Copernicum extendiſti, matura. Iterum atque iterum vale, & hoc epiſtolium in teſtificationem meæ erga te obſervantiæ Calendario huic meo loco apto inſere. Crepiciis Poloniæ quinto Cal. Sextilis Anno Epoches Chriſti Domini

mini 1606, cui respondet primus dies Thoth, primi mensis Ægyptiorum anni â Nabonassare 2355. A morte Alexandri Magni 1931, secundum Ptolomæi calculationem.

Computi Ecclesiastici sive Calendarii triplicis, Georgii Germanni Vartenbergensis Pruteni

Caput I.

De Regulis, quas Sacra Synodus Nicæna de tempore Paschali constituit, cum quibus tam Gregorianum quam antiquum Kalendarium non rectè congruit.

REgulæ, quas Oecumenica Synodus Nicææ, sub Constantino magno Imperatore celebrata, de tempore celebrandi Paschatis sanxit, hæ sunt:

Ut æquinoctium Vernum apparens, quod tunc die 21 Martii accidebat, fixum ibidem detineretur. Quæ regula sancita est, tum ne anticipante æquinoctio, festa immobilia hyberna aliquando migrent in tempus vernum, verna in æstivum, æstiva in autumnale, autumnalia in hybernũ, & vice versa, procedente æquinoctio: tum vero, ne subinde opus esset mutare terminos & tabulas Paschales, quæ æquinoctio fixo existente mutatione non indigent.

¶ Contra hanc regulam retrocessit hoc tempore in Kalendario antiquo æquinoctium, à 21 die Martii die-

bus decem, nimirum ad 11 diem eiusdem mensis, idemq; magis ac magis indies anticipando pervagabitur successu temporis, non solum, reliquos dies Martii: sed etiam integrum Februarium, Ianuarium, Decembrem, Novembrē &c. Anticipationis huius causa est, quod dies, qui Bissextilibus annis intercalatur, spacium intercalandum superat, iuxta motus quidem medios 43 scrupulis primis unius horæ: at iuxta veros, qui æqualibus temporibus valde sui dissimiles sunt, interdum pluribus, interdum paucioribus. Ut hoc nostro seculo retrocedit æquinoctium apparens quolibet anno intercalari non integris 17 scrupulis primis unius horæ.

Contrarium fit in Calendario Gregoriano, ubi æquinoctium diem 21 Martii deserens, versus finem mensis procedere potest, usque ad diem 28 & 29. Ratio est, quod annis centesimis plus aliquando omittitur quam esset omittendum. Ut ab anno 1600 usque ad annum 1900 retrocedit æquinoctium 24 horis tantum. Lilius vero cum aliis Mathematicis Gregorianis tres integros dies interim omittit, existimans id quod annis Bissextilib. plus justo intercalatur, facere singulis centum annis, horas octodecim, qua de causa quadringentis quibuslibet annis tres Bissextos omittit, quod verum non est. Nā anticipatio æquinoctii verni apparentis centum annorum spacio aliquando vix quinque vel sex horas complectitur; aliquando etiam octodecim horas superat, ut patet infra in tabula æquinoctiorum sub titulo, Differentia anticipationis æquinoctii verni, centum annorum Iulianorum intervallo.

R.II. Ut observaretur Luna seu dies 14, mensis, cuius Novilunium æquinoctio verno est proximum. Vel rectius, Cuius dies 14 cadit in diem æquinoctii verni, vel

post æquinoctium proxime occurrit. Hæc regula convenit cum lege Hebræorum, quæ Exod. 12, Levitici 23, Numerorum 9,& 28 capite,iubetPascha fieri Luna 14 primi mensis. Is autem mensis primus est apud Hebræos, &Nisan vel Abib vocatur,cuius 14 ætatis dies vel in diem Aequinoctii verni incidit, vel eundem æquinoctii diem proxime subsequitur. Ut testãtur veteres Iudæorum Rabini Iosephus lib. 3, antiquit. cap. 13. Philo, Agatobulus, & Aristobulus (qui ex 70 interpretibus unus fuit,)referente Anatolio Laodicensi Episcopo apud Eusebium li. 7.historiæ Ecclesiasticæ cap.29.

Et ad inveniendas Coniunctiones Solis & Lunæ compositus erat ab Eusebio Cæsariensi Cyclus decennovennalis Aurei numeri,ut ubicunque in Calendario inveniretur Aureus numerus anni currentis,ibi esset Novilunium.

¶ Hanc regulam transgreditur Kalendarium antiquum, in eo quod plenilunia in ipsum æquinoctii diem, qui in Kalendario antiquo hisce temporibus est 11 Martii,vel in aliquem ex proximè & immediate sequentibus sex diebus (nam plenilunia quæ die 18,19 & 20 Martii fiunt cum per Aureum numerũ post 20 diem indicentur, fortuito ob Noviluniorum anticipationem, de qua mox dicetur, habentur Paschalia) incidentia nunquam observet: Sed tunc in mensem sequentem, qui secundus est apud Hebræos & Iiar vel Sif dicitur, nempe quatuor vel quinq; septimanis tardius quam convenit festum Paschæ differat.

Præterea Aureum numerum, qui in Calendario veteri Novilunia indicare deberet, quatuor ferè diebus Novilunia hoc tempore antecedunt, magisq; ac magis

progrediente tempore antecedent. Nam in qualibet periodo Calippi, quæ constat quatuor annis Magnis Metonis, id est singulis 76 annis Iulianis seu Cyclo decennovennali Aurei numeri quater revoluto, anticipant horis 5 scrupulis 50 primis, 13 secundis.

Kalendarium rursus Gregorianum observabit nō raro Lunam 14. mensium, quorum, non dico 14 sed plenilunia ingressum Solis in Arietem antevertunt. Quapropter hunc quatuor septimanis tempus constitutum, præveniendo in ultimo Hebræorum mense festivitatem Paschalem obibit, quod infra suo loco evidenter demonstrabitur.

Reg. III. Ut post lunam 14 mensis prædicti expectaretur Dominica vicinior & illa esset Pascha. Hæc regula Christianorum est propria â primitiva Ecclesia ideo sancita ne in celebratione Paschæ cum Iudæis Christi interfectoribus, qui illud Luna 14 in quemcunque diem hebdomadæ ea incidit faciunt, concurramus. Quam etiā postea dictum Concilium approbavit, de qua re extat epistola ipsius Concilii Nicæni apud Theodoretum lib. 1. cap 9. hist. Item Constantini Imperatoris epistola ad omnes Ecclesias apud Eusebium libr. 3 de vita Constantini.

1. Contra hanc regulam peccat Calendarium vetus. Dominicam enim, quæ incidit in aliquem ex tribus diebus proxime Lunam 14 juxta calculum sequentibus, nunquam observat.

Qua de causa in eodem Calendario Pascha sæpissime una hebdomada tardius celebratur, quam esset celebrandum, videlicet Dominica, quæ sequitur Lunam 14 juxta indicium aurei numeri, quem quatuor fere diebus à suis Noviluniis distare supra diximus.

Porro quando Pascha iuxta Calendarium antiquum ob causam superius recensitam in mensem secundum Hebræorum incidit, si tunc Dominica in aliquem ex tribus diebus proxime 14 Lunam iuxta motus cœlestes sequentibus, cadat. Pascha quinque Septimanis ultra tempus constitutum ab illis peragitur qui Calendario antiquo utuntur.

In Calendario autem Gregoriano observabitur interdum Dominica, quæ est 14 Luna, ut infra probabitur.

CAPUT II.

Qua ratione Calendarium antiquum ut cum regulis concilii Nicæni exacte congruat correctum sit.

INprimis ut æquinoctium vernum, quod à Concilio Nicæno ad diem 21 Martii fuit constitutum, ad eandem sedem rediret, ex mandato Gregorii 13 Pontificis de mense Octobri anni 1582 decem dies à quinta usque ad decimam quartam inclusive exempti sunt, ita ut diem quartum statim subsecuta sit decima quinta Octobris.

Deinde ne imposterum à die 21 Martii æquinoctium recedat, Kalendario pæi Gregoriani annos centesimos post detractos decem dies omnes sine Bissexto transigunt, exceptis illis qui per 400 exacte possunt dividi, quales sunt 1600, 2000, 2400, 2800, 3200, 3600, 4000, 4400, 4800, 5200, 5600, &c. In quibus diem Bissextum veteri more intercalant, id est, quibuslibet quadringentis annis post annum Domini 1600 primis quibusque tribus

centesimus Bissextum intermittit, & quartum tantum centesimum faciunt, iuxta consuetudinem antiquam intercalarem. Verum hoc modo intermittendi intercalandique Bissextum in annis centesimis Aequinoctium, duntaxat medium Astronomicum, quod in Calendario Gregoriano nunquam die *21.* sed vel *22.* vel *23.* vel *24.* (a quibus locis in *4000.* annis non nisi *4* horis *12.* scrupulis progreditur) semper fit, detineri potest. Idenim singulis centum annis *18.* horis fere & quadringentis quibuslibet *3.* annis tribus fere integris diebus anticipat, & cum *24.* die *M*artii proximis seculis accidere possit, (cuius rei exemplum habes anno Domino *1903.*) non decem sed septem tantum dierum eiectione ad diem *21.* *M*artii reducendum erat. Atqui Aequinoctium apparens quandoquidem quadringentorum annorum spacio vix aliquando uno die (ut fit ab anno Domini *4900.* usque ad annum *5300.*) nedum tribus sedem suam antevertit, alia via diei *21.* *M*artii, ne ab ea vel retro vel porro feratur, affigendum est, estque talis: Annis tertiis proxime annos centesimos Iulianis sequentibus (quibus æquinoctium in qualibet annorum Domini centuria omnium tardissime accidit) exploretur, iuxta *22.* preceptū tabularum Prutenicarum momentum equinoctii verni apparentis diesque inventus, si subducatur a die *21.* *M*artii ostendit quot diebus æquinoctium a die *21.* *M*artii in Calendario antiquo retrocessit. Quando tamen post horam *16.* a media nocte more Romano æquinoctium accidit, tunc a numero dierum anticipationis inuento unitas abiicienda est. Quod ideo fieri debet, re ob meridianorum diversitatem æquinoctium, quod ad longitudinem tabularum Prutenicarum quæ est graduum *46.* minutorum *45.* de *21.* *M*artii, contingeret, apud Orientaliores usque ad gradum circiter *167.* longitudinis die *22* accidat.

Hoc ingenio investigavi dies anticipationis æquinoctii, verni à die 21. Martii, hinc usque ad annum 5700. quos infra invenies in tabula capitis quarti sub titulo: Excessus anni antiqui supra nostrum.

Habitis diebus anticipationis quibus annis centesimis Bissextus omittendus quibusque intercalendus sit, ut ęquinoctium ad diem 21. Martii recte sistatur, sic investigabis: Annis centesimis quibus numerus dierum anticipationis crescit Bissextus omitti debet, quibus veró non crescit, sed anticipationi præcedèntis centurię æqualis est, Bissextus more consueto intercalandus est. Sic anni centesimi 1600, 1700, 1800, 2000, 3100, 3300 3400, 3600, 3800, 4700, 4900, 5100, 5200, 5300, 5500. Bissextiles erunt. Anni autem centesimi 1900, 2100, 2200, 2300, 2400, 2500, 2600 2700, 2800, 2900, 3000, 3200, 3590, 3700, 3900, 4000, 4100, 4200, 4300, 4400, 4500, 4600, 4800, 5000, 5400, 5600 erunt communes. Hac ratione ęquinoctium vernum apparens diem 21 Martii nunquam transgredietur, ut in Calendario Gregoriano fit, sed accidit semper die vel 19. vel 20. vel 21. Quod autem aliquando retrogreditur usque ad diem 19; mirandum non est, cum nullum Calendarium absque hoc vitio esse possit.

Quo item Novilunia & 14 Luna Paschalis recte semper invenirentur Calendariopęi Gregoriani Aureũ numerum juxta cuius normam Novilunia plus quam in cœlo fiebant ostendebantur, & festum Paschę sępissime extra terminos suos post 21 Lunam celebrabatur, nescientes eundem ęquare de Calendario amoverunt, in eiusque locum cyclum Epactarum substituerunt, qui Novilunia cum 14 Paschali rectius quam Aureus numerus simpliciter absque ęquatione indicat. At ego Aureum nu-

numerum, quo semper Ecclesia usa est, ab exilio revocatum, atque ad locum suorum Noviluniorum (prout modo post detractionem 10 dierum contingunt) reductum in Calendario relinquo, cumque imperfectum esse nec recte Novilunia temporibus perpetuis indicare posse viderem, tum ob Noviluniorum anticipationem, quę singulis annis 76 Iulianis est horarum 5 scrup. 50 primorum, 13 secundorum, tum maxime ob Bissextos certis annis centesimis minime intercalandos, eundem perficiendo interserui in locis vacuis adhuc 11 numeros, videlicet inter 1 & 9.

Posui	20	inter	2	&	10	Posui	21	inter	3	&	11
Posui	22	inter	4	&	12	Posui	23	inter	5	&	13
Posui	24	inter	6	&	14	Posui	25	inter	7	&	15
Posui	26	inter	8	&	16	posui	27	inter	9	&	17
Posui	28	inter	10	&	18	Posui	29	inter	11	&	19

Posui 30 Vel Epactis de Calendario eiectis suffeci aureum numerum æquatum prout sequens tabella indicat, in cuius superiori ordine notatur Epacta eiecta, in inferiori Aureus numerus æquatus loco eiectæ Epactæ scriptus.

Epacta	1.2.3.4.5.6.7.8.9 10.11.12.13.14.15 16.17.18.19. 20.21.22. 23.24.25.26.27.28.29.30
Aureus numerus	1.12.23.4.15.26.7.18 29.10.21.2.13.24.5.16.27. 8.19.30.11.22.3.14.25.6.17.28 9.20.

Cyclus hic quem Aureum numerum æquatum voco, eo quod ex Aureo numero & eius æquatione constat longe commodior est Cyclo Epactarum. Nam per continuum numerorum ordinem quotannis incedit. Epactæ autem per discontinua & interrupta numerorum spacia

ſpacia de anno in annum ſaltant. Deinde inuentio eius facilior eſt inuentione Epactarum: Nam adiecta tantummodo ad aureum numerum æquatione (quæ aliquando vix quadringentorum annorum intervallo mutatur) emergit Aureus numerus æquatus. Denique Noviluniorum & 14. Paſchalis loca iuſtius quam Epactæ indicat.

Poſtremo quoniam partim ob 10. dies de menſe Octobri anni 1582. exemptos, partim ob dies Biſsextos certis annis centeſimis omittendos interrumpatur, neceſſe eſt Cyclus literarum Dominicalium Calendarii antiqui, Mathematici Gregoriani eundem cyclum ad dictam ſuam intercalandi Biſsexti in annis centeſimis rationem accommodarunt, ex quo litera Dominicalis beneficio cycli ſolaris æquè ac prius reperiri poteſt. Ego rurſus in literæ Dominicalis inveſtigatione uſum cycli ſolaris omnino tollo, ſubſtituta in eius locum tabula ex qua litera Dominicalis, ad noſtri Gregoriani & antiqui anni rationem, ſingulis annis dicto citius invenitur. Quam quidem tabulam lector benevolus ſic examinare poterit: Tempus cuiuſcunque Dominicæ ſecundum Calendarium noſtrum per doctrinam ſequentem reducat ad tempus Calendarii antiqui, & videbit diem reſpondentem itidē eſſe Dominicū. Quod in qualibet centuria ſemel tantum, & quidem nulla annorum habita ratione, feciſſe ſatis erit. Licet vero Calendarium noſtrum temporarium ſit durās ſcilicet ad annum 1700. ratione tamen cycli Aurei numeri æquati ſibi inſcripti, qui ad quamvis anni quantitatem parvo labore adaptari poteſt, perpetuum dici meretur, id eſt quamvis in tabularum Prutenicarum quibus Calendarium noſtrum accommodavimus, locum aliæ exactiores ſucceſſerint quæ aliam æquationem cycli &

 aliam

aliam in tabula literæ Dominicalis annorum centenariorum constitutionem requirent Calendarium tamen ipsum cum inscripto sibi cyclo & omnibus aliis suis regulis perpetuis temporibus durabit.

CAPVT III.

Ad datum diem alicuius mensis quot dies ab initio anni elapsi sint & econtra datus numerus dierum ab initio anni elapsorum, in quem mensem & diem incidat.

IN sequenti tabula dierum collectorum totius anni quæratur mensis tuus in fronte, & à latere versus sinistram propositus, atque in area ad angulum communem habebis dies collectos à principio anni eo usque elapsos. Et vice versa in ordine dierum collectorum, quæratur numerus dierum ab initio anni usque ad tempus oblatum elapsorum, & in fronte habebis mensem, à latere vero diem respondentem. Notandum tamen quod in prædicta tabula à latere versus sinistram duæ columnæ mensium dierum reperiantur: prior seruit annis Bissextilibus post exitum Februarii, altera vero seruit iisdem annis Bissextilibus ante exitum Februarii, & annis communibus citra aliquam obseruationem.

TABVLA dierum simul collectorum totius anni tam Bissextilis quam communis.

Bissextilis.	Communis	Ianuarius.	Februarius	Martius	Aprilis.	Maius.	Iunius.	Iulius.	Augustus.	September	October	November	December.
	1	1	32	60	91	121	152	182	213	244	274	305	335
1	2	2	33	61	92	122	153	183	214	645	275	309	336
2	3	3	34	62	93	123	154	184	215	246	276	307	337
3	4	4	35	63	94	124	155	185	216	247	277	308	338
4	5	5	36	64	95	125	156	186	217	248	278	309	339
5	6	6	37	65	96	126	157	187	218	249	279	310	340
6	7	7	38	66	97	127	158	188	219	250	280	311	341
7	8	8	39	67	98	128	159	189	220	251	281	312	342
8	9	9	40	68	99	129	160	190	221	252	282	313	343
9	10	10	41	69	100	130	161	191	222	253	283	414	344
10	11	11	42	70	101	131	162	192	223	254	284	315	345
11	12	12	43	71	102	132	163	193	224	255	285	316	346
12	13	13	44	72	103	133	164	194	225	256	286	317	347
13	14	14	45	73	104	134	165	195	226	257	287	318	348
14	15	15	46	74	105	135	166	196	227	258	288	319	349
15	16	16	47	75	106	136	167	197	228	259	289	320	350
16	17	17	48	76	107	137	168	198	229	260	290	321	351
17	18	18	49	77	108	138	169	199	230	261	291	322	352
18	19	19	50	78	109	139	170	200	231	262	292	323	353
19	20	20	51	79	110	140	171	201	232	263	293	324	354
20	21	21	52	80	111	141	172	202	233	264	294	325	355
21	22	22	53	81	112	142	173	203	234	265	295	326	356
22	23	23	54	82	113	143	174	204	235	266	296	327	357
23	24	24	55	83	114	144	175	205	236	267	297	328	358
24	25	25	56	84	115	145	176	206	237	268	298	329	359
25	26	26	57	85	116	146	177	207	238	269	299	330	360
26	27	27	58	86	117	147	178	208	239	270	300	331	361
27	28	28	59	87	118	148	179	209	240	271	301	332	362
28	29	29	60	88	119	149	180	210	241	272	302	333	363
29	30	30		89	120	150	181	211	242	273	303	334	364
30	31	31		90	121	151	182	212	243	274	304	335	365
31				91		152		213	244		305		366

Huiusmodi tabula habetur in tabulis secundorum mobilium Magini folio 666, sed erronea. Nam à prima die Martii annis communibus exclusive, annis vero Bissextilibus inclusive usque ad finem anni desideratur ubiquè unus dies. Quamobrem etiam exemplum canonis 60. earundem tabularum falsum est. Quo enim anno plenilunium medium in Ianuario fit die 9. hora 7. scrupulis 47. primis 24 secundis, eodem anno fit plenilunium medium in Iulio die 4. Si annus sit Bissextilis vel 5. si sit communis, nunquam autem 6. ut Maginus asserit. Examina per canonem sequentem 61. tempus plenilunii in Iulio anni 1610. Gregoriani, quod ponit Maginus in dicto exemplo, & videbis non rite constitutum esse.

CAPVT IV.

Proposito die Calendarij vel nostri vel Gregoriani, quis illi dies ex Calendario antiquo respondeat & econtra.

CVM die mensis propositi quære dies collectos per doctrinam antecedentem; Deinde ingredere tabulam sequentem & sub titulo excessus anni antiqui supra annum nostrum è regione anni tuo proxime minoris ibidem expressi invenies numerum dierum, quem diebus collectis supra inuentis aut addas, quoties tempus Calendarii antiqui ad tempus Calendarii nostri reducēdum est, aut subtrahas, quoties tempus Calendarii nostri ad tempus Calendarii antiqui referre volueris, numerusque qui post huiusmodi vel additionem vel subtractionem nascitur,

tur, denuo inuentus in tabula præcedenti inter dies collectos indicat in fronte mensem, à latere vero versus sinistram diem in quem tuum oblatum tempus incidit

Exemplum.

Libet scire anno Domini 1863. diei 20. Septembris iuxta Calendarium nostrum, quis dies Calendarii antiqui respondeat. Ingressus igitur tabulam sequentem sub titulo excessus anni antiqui supra nostrum, è regione anni 1800. ut proxime minoris ibidem expressi reperio dies 10. auferendos, at in tabula dierum collectorum totius anni diei 20. Septembris anno communi respondet numerus dierum collectorum 263. a quo si 10. dies subducantur, relinquentur 253. qui numerus iterum immissus in eadem tabula, indicat à latere decimum diem & in fronte eundem mensem. Igitur anno Domini 1863. diei 20. Septembris iuxta Calendarium nostrum respondet decima dies eiusdem mensis iuxta Calendarium antiquum.

Aliud.

Rursus proponatur tempus antiqui Calendarii in tempus Calendarii nostri permutandum, nempe anno Domini 2570. die 24. Augusti. Primum inuenio in tabula sequēti anno proposito proxime minorem annum nempe 2500. ê cuius directo sub titulo excessus anni antiqui supra annum nostrum, offendo 16. dies addendos: ingredior postea tabulam dierum collectorum totius anni, & è directo diei 24. Augusti inveniuntur anno communi dies collecti 236. quibus si adiungantur 16. dies supra inuenti erit omnium summa 252: quæ in eodem tabulari ordine iterum reperta, ostendit supradictum tempus competere ad diem 9. Septembris quare anno Domini 2570. dies 24.

Augusti secundum Calendarium antiquum erit idem quod dies 9. Septembris iuxta Calendarium nostrum.

Pari modo dies Calendarii Iuliani sive antiqui ad dies Calendarii Gregoriani reduces & econtra: si ex eadem sequenti tabula loco excessus anni antiqui supra annum nostrum, sumas excessum eiusdem anni antiqui supra annum Gregorianum. Sic diei 20 Septembris anni Domini 1865. Gregoriani respondet dies octauus eiusdem mensis iuxta antiquum anni Iuliani ritum. Item anno Domini 2570. diei 24. Augusti iuxta Calendarium antiquum respondet dies 10. Septembris secundum Calendarium Gregorianum.

Præterea habes in eadem tabula excessum anni Gregoriani supra nostrum, qui tibi usui erit in reductione temporis nostri ad Gregorianum per additionem, & vice versa per subtractionem.

Excessus anni Iuliani supra Gregorianum perpetuum inveniri etiam potest hoc modo; Abiectis ex anno Domini, quo excessum hunc investigare libuerit, duobus ultimis ex parte dextra numeris, residuos Partire per 4. (servato residuo divisionis si quod est.) Quotientem triplica, triplicato adiice residuum divisionis supra servatum, â numero proveniente si subduxeris 2. emerget excessus anni Iuliani supra Gregorianum quæsitus anno proposito

Exemplum

Volo scire excessum anni Iuliani supra Gregorianum anno Domini 9103. Abiectis igitur duobus ultimis numeris restant 91. quibus per 4. divisis quotiens est 22. & restant adhuc 3. Quotientem præfatum triplico &

Tabula excessus seu æquovis Calendariorum.

Anni Domini per centum aucti.	Excessus anni antiqui supra nostrum.	Excessus anni antiqui supra Gregorianum.	Excessus anni Gregoriani supra nostrum	
	Dies	Dies.	Dies.	
Annus correct.				
1582	10	10	0	
1600	B 10	B 10	0	
1700	B 10	11	1	
1800	B 10	12	2	
1900	11	13	2	
2000	B 11	B 13	2	
2100	12	14	2	
2200	13	15	2	
2300	14	16	2	
2400	15	B 16	1	
2500	16	17	1	
2600	17	18	1	
2700	18	19	1	
2800	19	B 19	0	
2900	20	20	0	
3000	21	21	0	
3100	B 21	22	1	
3200	22	B 22	0	
3300	B 22	23	1	
3400	B 22	24	2	
3500	23	25	2	
3600	B 23	B 25	2	

Anni Domini per centum aucti.	Excessus anni antiqui supra nostrum.	Excessus anni antiqui supra Gregorianū	Excessus anni Gregoriani supra nostrum.
	Dies .	Dies	Dies.
3700	24	2[illegible]	2
3800	B 24	27	3
3900	25	28	3
4000	26	B 28	2
4100	27	29	2
4200	28	30	2
4300	29	31	2
4400	30	B 31	1
4500	31	32	1
4600	32	33	1
4700	B 32	34	2
4800	33	B 34	[illegible]
4900	B 33	35	2
5000	34	36	2
5100	B 34	37	3
5200	B 34	B 37	3
5300	B 34	38	4
5400	35	39	4
5500	B 35	40	5
5600	36	B 40	4

co & efficiuntur. His adiicio 3. ex divisione per 4. re- stantia fientque 69. quibus adimo 2. & relinquentur 67. ex- cessus scilicet quæsitus anno 9103.

Usus.

Tempus Calendarii nostri ad tempus Calenda- rii antiqui reducendum est, quoties ex tabulis Prutenicis, quas Erasmus Reinholdus ad annum Iulianum sive Ca- lendarium antiquum construxit, motus cœlestes supputa- re volueris. Idem tempus Calendarii nostri in tempus Calendarii Gregoriani permutandum est, quoties illud abaco tabularum Prutenicarum resolutarum Magini, quas ille ad rationem anni Gregoriani accommodavit præparabis

---

CAPVT V.

Dato anno post natum Dominum quomodo tempus medii vel Novilunii vel plenilunii dati mensis iuxta triplex Calendarium investigetur.

INgredere tabulam sequentem Hecatontaeteridum cum anno centesimo, qui proxime minor est anno da- to, excerpens è directo sub titulo convenientis Calenda- rii dies & horas: idem fac cum reliquis annis, incomplete iuxta communem loquendi consuetudinem acceptis, in tabula unius hecatontaeteridis, numerumque dierum & horarum utroque ingressu excerptum in unam sum- mam

mam(24 horas pro uno die computando) coniice. Summa hæc dierum in Calendario ad mensem, cuius novilunium scire cupis, sub alterutra columna versus dextram reperta, ostendit è directo in ordine dierum mensis Novilunii diem, & si horas penes dictam summam dierum in Calendario notatas, numero horarum una cum summa dierum reperto addideris, etiam horam medii Novilunii satis exacte habebis. Quæ tamen si 24. horas superaverit, pro 24 horis dies Novilunii supra inventus unitate maior pronunciandus est, & reliquum erit hora Novilunii quæsita.

Anno etiam Bissextili diei Novilunii, vel Plenilunii in Ianuario & Februario inuento, unus dies addendus est. Inuentio Pleniluniorum nihil differt ab inuentione Noviluniorum, nisi quod summæ dierū & horarū, duplici ingressu superius inuentæ, semissis periodicæ Syzygiæ nempe 14 dies & 18 horæ aut adiiciendus, aut abiiciendus est, & cum summa vel residuo operandum, ut supra dictum est.

Exemplum

Sit quærendum medii Novilunii tempus incidens in mensem Iunium anni 1604. Primum cum annis 1600 excerpe in tabula Hecatontaeteridum dies 14 horas 20, & in tabula unius Hecatontaeteridis cum annis 4. dies 15. horas 13. Quæ addita gignunt summam dierum 30. horarum 9. Hanc summam dierum 30. ingressus in Calendario Iunium reperies, è regione 25. diei Iunii. Quocirca in 26. diem Iunii incideret Novilunium anno 1604 nisi horæ 16, apud summam dierum 30, in Iunio repertæ,

E & ho-

Tab. Hecatontaeteridum.	Iuxta Kalen nostr.		Iuxta Kal. Greg.		Iuxta Kal. ātiquū	
Anni	D	H	D	H	D	H
1500	10	11	10	11	0	11
1600	14	20	14	20	4	20
1700	19	4	20	4	9	4
1800	23	12	25	12	13	12
1900	28	21	1	8	17	21
2000	3	16	5	16	22	5
2100	9	0	11	0	26	13
2200	14	9	16	9	1	9
2300	19	17	21	17	5	17
2400	25	1	26	1	10	1
2500	0	21	1	21	14	9
2600	6	5	7	5	18	17
2700	11	13	12	13	23	2
2800	16	21	16	21	27	10
2900	22	5	22	5	2	5
3000	27	14	27	14	6	14
3100	2	9	3	9	10	22
3200	7	17	7	17	15	6
3300	12	2	13	2	19	14
3400	16	10	18	10	23	23
3500	21	18	23	18	28	7
3600	26	2	28	2	3	2
3700	1	22	5	22	7	10
3800	6	6	9	6	11	19
3900	11	14	14	14	16	3
4000	16	22	18	22	20	11
4100	22	7	24	7	24	19
4200	27	15	0	2	29	4
4300	3	10	5	10	3	23
4400	8	19	9	19	8	7
4500	14	3	15	3	12	15

Tabula unius Hecatontaeteridis omnibus tribus calendariis communis.

A	D	H	A	D	H	A	D	H
1	[illegible]	22	35	3	18	69	17	3
2	8	6	36	22	1	70	6	12
3	27	4	37	11	0	71	25	9
4	15	13	38	0	9	72	13	18
5	4	22	39	19	7	73	3	3
6	23	19	40	7	15	74	22	1
7	13	4	41	26	13	75	11	9
8	1	13	42	15	22	76	29	7
9	20	10	43	5	7	77	18	16
10	9	19	44	23	4	78	8	1
11	28	17	45	12	13	79	26	22
12	17	1	46	1	22	80	15	7
13	6	10	47	20	19	81	4	16
14	25	8	48	9	4	82	22	13
15	14	17	49	28	2	83	12	22
16	3	1	50	17	10	84	1	7
17	21	23	51	6	19	85	20	4
18	11	8	52	24	17	86	9	13
19	0	17	53	14	2	87	28	11
20	18	14	54	3	10	88	16	20
21	7	23	55	22	8	89	6	4
22	26	20	56	10	17	90	25	2
23	16	5	57	0	2	91	14	11
24	4	14	58	18	23	92	2	20
25	23	12	59	8	8	93	21	17
26	12	20	60	26	6	94	11	2
27	2	5	61	15	14	95	0	11
28	20	3	62	4	23	96	18	8
29	9	12	63	23	21	97	7	17
30	28	9	64	12	5	98	26	15
31	17	18	65	1	14	99	15	32
32	6	3	66	20	12	00	4	8
33	25	0	67	9	21			
34	14	9	68	27	18			

Tab. Hecatōtaer	Iuxta Kal. noſtr.		Iuxta Kal. Greg.		Iuxta Kal. antiq.	
4600	19	11	20	11	17	0
4700	23	19	25	19	21	8
4800	29	3	0	14	25	16
4900	3	23	5	23	0	12
5000	9	7	10	7	4	20
5100	13	15	15	15	9	4
5200	18	0	20	0	13	12
5300	22	8	25	38	17	21
5400	27	16	1	3	22	5
5500	2	12	6	12	26	13
5600	7	20	10	20	1	9

& horæ 9. una cum ſumma dierum ſupra excerptæ (cum 25. horas compoſitę faciant) illum diem unitate maiorem efficerent. Medium igitur Novilunium menſis Iunii anni 1604. fit iuxta Calendarium noſtrum & Gregorianum die 27. Iunii hora prima poſt medium noctis ad meridianum Tabulatum Prutenicarum.

Tabula Hecatontaeridum ante Calendarii correctionem.

Anni	D	H	Anni	D	H	Anni	D	H
D	23	23	600	20	11	1200	17	0
100	28	7	700	24	19	1300	21	8
200	3	2	800	29	3	1400	25	16
300	7	10	900	3	23	1500	0	11
400	11	19	1000	8	7			
500	16	3	1100	12	16			

CAPUT VI.

Epilogiſmus temporis æquinoctii verni apparentis in annis centeſimis ab anno 1600 usq; ad 5600 incluſive juxta Calendarium Gregorianum, antiquum & noſtrū præſuppoſito verno motu Solis ad diem 21 Martii dicti Calendarii Gregoriani cōpletum, & meridianum tabularum Prutenicarum ſupputato,

Anni centesimi.	Anomalia simplex duplicata.				Prostaphæresis æquinoctiorum.				Simplex Anomalia.				Prostaphæresis centri.				Scrupula proportionalia.	
	Se	G	M	S	G	M	S		Se	G	M	S	G	M	S		M	S
1600	5	48	52	40	0	13	46	A	2	54	26	20	0	49	9	A	0	10
1700	0	9	51	30	0	12	13	S	3	4	55	45	0	43	36	S	0	8
1800	0	30	50	20	0	36	35	S	3	15	25	10	2	14	12	S	1	14
1900	0	51	49	10	0	56	6	S	3	25	54	35	3	38	18	S	3	26
2000	1	12	48	2	1	8	11	S	3	36	24	1	4	52	8	S	6	36
2100	1	33	46	53	1	11	13	S	3	46	53	26	5	52	51	S	10	37
2200	1	54	45	43	1	4	49	S	3	57	22	51	6	38	34	S	15	18
2300	2	15	44	33	0	49	49	S	4	7	52	16	7	8	25	S	20	26
2400	2	36	43	25	0	28	13	S	4	18	21	42	7	22	21	S	25	50
2500	2	57	42	15	0	2	52	S	4	28	51	7	7	21	0	S	31	19
2600	3	18	41	5	0	22	52	A	4	39	20	32	7	5	23	S	26	42
2700	3	39	39	55	0	45	33	A	4	49	49	57	6	36	57	S	41	48
2800	4	0	38	48	1	2	13	A	5	0	19	24	5	57	16	S	46	29
2900	4	21	37	38	1	10	36	A	5	10	48	49	5	8	0	S	50	38
3000	4	42	36	28	1	9	39	A	5	21	18	14	4	10	53	S	54	5
3100	5	3	35	18	0	59	27	A	5	31	47	39	3	7	37	S	56	49
3200	5	24	34	10	0	41	23	A	5	42	17	5	1	59	52	S	58	44
3300	5	45	33	0	0	17	49	A	5	52	46	30	0	49	20	S	59	48
3400	0	6	31	50	0	8	7	S	0	3	15	55	0	22	20	A	59	57
3500	0	27	30	40	0	32	58	S	0	13	45	20	1	33	29	A	59	14
3600	0	48	29	33	0	53	27	S	0	24	14	46	2	42	28	A	57	38
3700	1	9	28	23	1	6	50	S	0	34	44	11	3	47	37	A	55	13
3800	1	30	27	13	1	11	22	S	0	45	13	36	4	47	17	A	52	1
3900	1	51	26	3	1	6	26	S	0	55	43	1	5	39	43	A	48	7
4000	2	12	24	55	0	52	41	S	1	6	12	27	6	23	12	A	43	38
4100	2	33	23	45	0	31	57	S	1	16	41	52	6	56	5	A	38	40
4200	2	54	22	35	0	7	0	S	1	27	11	17	7	16	12	A	33	22
4300	3	15	21	26	0	18	54	A	1	37	40	43	7	23	5	A	27	55
4400	3	36	20	18	0	42	18	A	1	48	10	9	7	15	32	A	22	27
4500	3	57	19	8	1	0	4	A	1	58	39	34	6	51	43	A	17	11

Anni centesimi	Anomalia Solis annua.				Prostaphæresis orbis				Anomalia ⊙ coæquata.				Excessus		Pars proportional.		Absoluta prostaphæresis orbis.			
	Se	G	M	S	G	M	S		Se	G	M	S	M	S	M	S	G	M	S	
1600	[illegible]	18	58	9	1	49	30	A	4	19	47	18	32	33	0	5	1	49	35	A
1700	4	16	6	46	1	48	8	A	4	15	53	50	32	14	0	4	1	48	12	A
1800	4	14	[illegible]	23	1	46	17	A	4	12	1	11	31	46	0	40	1	46	57	A
1900	4	11	54	0	1	44	0	A	4	8	15	42	31	11	1	47	1	45	47	A
2000	4	10	31	45	1	42	9	A	4	5	39	37	30	41	3	23	1	45	32	A
2100	4	8	10	22	1	39	26	A	4	2	17	31	29	55	5	18	1	44	44	A
2200	4	5	48	59	1	36	36	A	3	59	10	25	29	8	7	26	1	44	2	A
2300	4	3	27	36	1	33	44	A	3	56	19	11	28	19	9	39	1	43	23	A
2400	4	2	5	21	1	32	1	A	3	54	43	0	27	50	11	59	1	44	0	A
2500	3	59	43	58	1	29	23	A	3	52	22	58	27	5	14	8	1	43	31	A
2600	3	57	22	35	1	26	54	A	3	50	17	12	26	21	16	7	1	43	1	A
2700	3	55	1	12	1	24	33	A	3	48	24	15	25	40	17	53	1	42	26	A
2800	3	53	38	57	1	23	39	A	3	47	41	41	25	24	19	41	1	43	20	A
2900	3	51	17	34	1	21	38	A	3	46	9	34	24	49	20	57	1	42	35	A
3000	3	48	56	11	1	19	43	A	3	44	45	18	24	15	21	52	1	41	35	A
3100	3	46	34	48	1	17	55	A	3	43	27	11	23	43	22	28	1	40	23	A
3200	3	45	12	33	1	17	35	A	3	43	12	41	23	37	23	7	1	40	42	A
3300	3	42	51	10	1	15	54	A	3	42	1	50	23	8	23	3	1	38	57	A
3400	3	40	29	47	1	14	12	A	3	40	52	7	22	37	22	36	1	36	48	A
3500	3	38	8	24	1	12	28	A	3	39	41	53	22	6	21	49	1	34	17	A
3600	3	36	46	9	1	12	8	A	3	39	28	37	22	1	21	9	1	33	17	A
3700	3	34	24	46	1	10	13	A	3	38	12	23	21	26	19	43	1	29	56	A
3800	3	32	3	23	1	8	7	A	3	36	50	40	20	49	18	3	1	26	10	A
3900	3	29	42	0	1	5	46	A	3	35	21	43	20	6	16	7	1	21	53	A
4000	3	28	19	45	1	4	43	A	3	34	42	57	19	48	14	24	1	19	7	A
4100	3	25	58	22	1	1	47	A	3	32	54	27	18	54	12	11	1	13	58	A
4250	3	23	36	59	0	58	27	A	3	30	53	41	17	54	9	57	1	8	24	A
4300	3	21	15	36	0	54	36	A	3	28	39	11	16	44	7	47	1	2	23	A
4400	3	19	53	21	0	51	59	A	3	27	8	53	15	57	5	58	0	57	57	A
4500	3	17	31	58	0	47	4	A	3	24	23	41	14	27	4	8	0	51	12	A

Reliquum Tabulæ.

Anni cẽtesimi.	Anomalia simplex duplicata.				Prosthaphæresis æquinoctiorum				Simplex anomalia.				Prosthaphæresis centri.				Scrupula proportionalia.	
4600	4	18	17	58	1	9	53	A	2	9	8	59	6	11	57	A	12	19
4700	4	39	16	48	1	10	26	A	2	19	38	24	5	16	42	A	8	2
4800	5	0	15	40	1	1	39	A	2	30	7	50	4	7	33	A	4	32
4900	5	21	14	30	0	44	41	A	2	40	37	15	2	46	56	A	1	57
5000	5	42	13	21	0	21	47	A	2	51	36	40	1	18	18	A	0	24
5100	0	3	12	11	0	3	59	S	3	1	36	5	0	14	11	S	0	1
5200	0	24	11	3	0	29	14	S	3	12	5	31	1	45	58	S	0	46
5300	0	45	9	53	0	50	37	S	3	22	34	55	3	12	35	S	2	37
5400	1	6	8	43	1	5	17	S	3	33	4	21	4	30	1	S	4	35
6500	1	27	7	33	1	11	17	S	3	43	33	46	5	35	9	S	5	17
5600	1	48	6	25	1	7	50	S	3	54	3	12	6	25	46	S	13	45

Reliquum Tabulæ.

Anni centesimi.	Anomalia Solis annua.				Prosthaphæresis orbis.				Anomalia Solis coæquata.				Excessus.		Pars proportional		Absoluta prostapheresis.			
4600	3	15	10	35	0	41	35	A	3	21	22	32	12	47	2	37	0	44	12	A
4700	3	12	49	12	0	35	28	A	3	18	5	54	10	54	1	28	0	36	56	A
4800	3	11	26	58	0	30	40	A	3	15	34	31	9	26	0	43	0	31	23	A
4900	3	9	5	35	0	23	30	A	3	11	52	31	7	15	0	14	0	23	44	A
5000	3	6	44	12	0	10	0	A	3	8	2	30	4	56	0	2	0	16	2	A
5100	3	4	22	49	0	8	16	A	3	4	8	38	2	33	0	0	0	8	16	A
5200	3	3	0	34	0	2	29	A	3	1	14	36	0	46	0	1	0	2	30	A
5300	3	0	39	11	0	5	6	S	2	57	26	36	1	35	0	4	0	5	10	S
5400	2	58	17	48	0	12	21	S	2	53	47	47	3	48	0	19	0	12	40	S
5500	2	55	56	25	0	19	9	S	2	50	21	16	5	54	0	35	0	20	4	S
5600	2	54	34	10	0	23	31	S	2	48	8	24	7	14	1	40	0	25	11	S

Anni

Anni centesimi	Motus Solis compositus.				Verus Solis motus ab æq. apparente.				Diarius Solis motus.				Tempus æquinoct. Gregorianum.				Tempus æquinoctii Calendarii nostri.			
	Sc	G	M	S	Sc	G	M	S		G	M	S	D	H			D	H		
1600	5	59	1	51	0	1	5	12			59	24	20	22			20	22		
1700	5	58	46	49	0	0	22	48			59	33	21	15			20	15		
1800	5	58	31	46	5	59	42	8			59	40	22	7			20	7		
1900	5	58	16	44	5	59	6	25			59	49	22	22			20	22		
2000	5	58	0	50	5	59	38	11			59	54	22	9			20	9		
2100	5	58	45	47	5	59	19	18		1	0	1	22	16			20	16		
2200	5	58	30	44	5	59	9	57		1	0	9	22	20			20	20		
2300	5	58	15	42	5	59	9	16		2	0	16	22	20			20	20		
2400	5	58	59	48	0	0	15	35		1	0	23	21	18			20	18		
2500	5	58	44	45	0	0	25	24		1	0	27	21	14			20	14		
2600	5	58	29	43	0	0	35	36		1	0	34	21	16			20	10		
2700	5	58	14	40	0	0	42	39		1	0	39	21	7			20	7		
2800	5	58	58	58	0	1	44	19		1	0	41	20	7			20	7		
2900	5	58	43	43	0	1	36	64		1	0	47	20	10			20	10		
3000	5	58	28	41	0	1	19	55		1	0	51	20	16			20	16		
3100	5	58	13	38	0	0	33	28		1	0	55	21	3			20	3		
3200	5	58	57	44	0	1	19	49		1	0	57	20	16			20	16		
3300	5	58	42	41	0	0	39	27		1	0	58	21	8			20	8		
3400	5	58	27	39	5	59	56	20		1	1	1	22	1			20	1		
2500	5	58	12	36	5	59	13	55		1	1	2	22	18			20	18		
3600	5	58	56	42	5	59	37	32		1	1	2	22	9			20	9		
3700	5	58	41	40	5	59	4	46		1	1	4	22	22			20	22		
3800	5	58	26	37	5	58	41	25		1	1	4	23	7			20	7		
3900	5	58	11	34	5	58	27	2		1	1	5	23	13			20	13		
4000	5	58	55	40	5	59	25	6		1	1	4	22	15			20	15		
4100	5	58	40	38	5	59	22	39		1	1	4	22	15			20	15		
4200	5	58	25	35	5	59	26	59		1	1	5	22	13			20	13		
4300	5	58	10	33	5	59	31	50		1	1	4	22	11			20	11		
4400	5	58	54	38	0	0	34	53		1	1	4	21	10			20	10		
4500	5	58	39	36	0	0	20	52		1	2	4	21	12			20	12		

Anni cẽtesimi	Motus Solis compositus.				Verus Solis motus ab æq. apparente.				Diarius Solis motus.			Tempus æquin. Gregorianum.		Tempus æquinoctii Cal. nostri.	
4600	5	58	24	33	0	0	18	38	1	1	5	21	17	20	17
4700	5	58	9	31	5	59	56	53	1	1	5	22	1	20	1
4800	5	58	53	36	0	0	26	38	1	1	4	21	14	20	14
4900	5	58	38	34	5	59	45	59	1	1	5	22	5	20	5
5000	5	58	23	31	5	59	1	20	1	1	5	22	23	20	23
5100	5	58	8	29	5	58	12	46	1	1	6	23	18	20	18
5200	5	58	52	35	5	58	25	51	1	1	6	23	13	20	13
5300	5	58	37	32	5	57	41	45	1	1	7	24	6	20	6
5400	5	58	22	29	5	57	4	32	1	1	8	24	21	20	21
5500	5	58	7	27	5	56	36	6	1	1	9	25	8	20	8
5600	5	58	51	33	5	57	13	32	1	1	12	24	15	20	15

Anni cẽtesimi.	Tempus æqui. Cal. antiqui.			Differẽtia ãticip	Tẽpus æq. medii Gregorianum.			Tempus æq. medii nostrum.			Tempus æq. med Cal. antiq			Differentia anticipationis æquinoctii medii in centum
	D	H	Men	Hor	D	H	Mart	D	H	Mart	D	H	Mẽ	
1600	10	22	Mar	7	23	0		23	0		13	0		
1700	10	15		8	23	6		22	6		12	6		
1800	10	7		9	23	12		21	12		11	12		
1900	9	22		13	23	18		21	18		10	18		
2000	9	15		17	23	0		21	0		10	0		
2100	8	16		20	23	6		21	6		9	6		
2200	7	20		24	23	12		21	12		8	12		
2300	6	20		26	23	18		21	18		7	18		
2400	5	18		28	23	0		22	0		7	0		
2500	4	14		28	23	7		22	7		6	7		

Reliqui

Anni cẽtesimi.	Tempus æqui. Cal. antiqui.			Differẽria ãticip	Tẽpus æq. medii Gregorianum.			Tempus æq. medii noſtrum.			Tempus æq. med Cal antiq		
	D	H	Men	Hor.	D	H	Mart	D	H	Mar.	D	H	M
2600	3	10	*Mar.*	28	23	13		22	13		5	13	
2700	1	7		27	23	19		22	19		4	19	
2800	1	7		24	23	1		23	1		4	1	
2900	29	10	*Febru*	21	23	7		23	7		3	7	
3000	28	16		18	23	13		23	13		2	13	
3100	28	3		13	23	19		22	19		1	19	
3200	27	17		11	23	51		23	1		1	1	
3300	27	8		9	23	7		22	7		29	7	
3400	27	1		6	23	13		21	13		28	13	
3500	26	18		7	23	20		21	20		27	20	
3600	26	9		10	23	2		21	2		27	2	
3700	25	22		11	23	8		21	8		26	8	
3800	25	7		15	23	14		20	14		25	14	
3900	24	13		18	23	20		20	20		24	20	
4000	23	15		22	23	2		21	2		24	2	
4100	22	25		24	23	8		21	8		23	8	
4200	21	13		26	23	14		21	14		22	14	
4300	20	11		26	23	20		21	20		21	20	
4400	19	10		25	23	3		22	3		21	3	
4500	18	12		22	23	9		22	9		20	9	
4600	17	17		19	23	15		22	15		19	15	
4700	17	1		16	23	21		21	21		18	12	
4800	16	14		11	23	3		22	3		18	3	
4900	16	5		9	23	9		21	9		17	9	
5000	15	23		6	23	15		21	15		16	15	
5100	15	18		5	23	21		20	21		15	21	
5200	15	13		5	23	3		20	3		15	3	
5300	15	6		7	23	9		19	9		14	9	
5400	14	21		9	23	16		19	16		13	16	
5500	14	8		12	23	22		18	22		12	22	
5600	13	15		18	23	4		19	4		12	4	

annis Iulianis ſemper eſt horarum 18 fere.

Tempus æquinoctii verni apparentis cuiuslibet anni propositi ab anno 1600, usq; ad annum 5600, ex tabula sequenti facillime invenitur hoc modo.

ANnum centesimum anno dato proxime minorem quære infronte, & a latere versus sinistram quęre numerum annorum residuum, qui si expressus non fuerit, quęrendus erit annus proxime minor ibidem expressus: indq; area ad angulum communem habebis horam, in fronte vero apud annum centesimum è regione convenientis Calendarii habebis diem, quibus addendę sunt horæ:

{	0	anno a latere expresso
	6	Primo post expressum
	12	Secundo post expressum
	17	Tertio post expressum.

Vt emergat dies & hora ęquinoctii verni apparentis ad tempus oblatum.

Quod si tamen hora inuenta ad angulum communem lineola notata fuerit, dies accipiendus est unitate minor die inuento.

Exemplum.

Sit inveniendum tempus æquinoctii anno domini 1907. iuxta Cal. nostrum. Ingressus igitur tabulam sequentem, imprimis sub anno 1900, e regione nostri Calendarii invenies diem 20. Ad angulum autem communem prædicti, anni 1900. in fronte, & anni 4, Vtpote proxime minoris a latere expressi, reperies horam 21, huic adde 17 horas, eo quod annus 7. est tertius post prædictum 4 annum à latere expressum, & emerget tempus æquinoctii quęsitum 21 Martii hora 14 post mediam noctem.

Prima Tabula ad investigandum diem

Dies æquinoct. iuxta Kal.

	1600	1700	1800	1900	2000	2100	2200	2300	2400	2500	2600	2700	2800	2900	3000
Greg veri	20	21	22	22	22	22	22	22	21	21	21	21	20	20	20
medii	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23	23
Anni veri	10	10	10	9	9	8	7	6	5	4	3	2	1	29f	28
medii	13	12	11	10	10	9	8	7	7	6	5	4	4	3	2
Novi veri	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20	20
medii	23	22	21	21	21	21	21	21	22	22	22	22	23	23	23
0	22	15	7	22	9	16	20	20	18	14	10	7	7	10	16
4	21	15	7	21	8	15	19	19	17	13	9	6	6	9	16
8	21	14	6	20	7	15	18	18	16	12	8	5	5	8	15
12	21	14	6	20	7	14	17	17	14	11	7	4	4	8	15
16	21	14	6	19	6	13	16	16	13	9	6	3	3	7	14
20	20	13	5	19	5	12	15	15	12	8	5	2	3	6	14
24	20	13	5	18	5	11	14	14	11	7	3	1	2	6	13
28	20	13	4	18	4	11	13	13	10	6	2	0	1	5	13
32	19	12	4	17	3	10	12	12	9	5	1	23-	0	4	12
36	19	12	4	17	3	9	11	11	8	4	0	22-	23-	4	12
40	19	12	3	16	2	8	10	10	7	3	23-	21-	22-	3	11
44	19	11	3	16	2	7	10	9	6	2	22-	20-	22-	2	11
48	18	11	3	15	1	7	9	8	4	0	21-	19-	21-	1	10
52	18	11	2	15	0	6	8	6	3	23-	20-	18-	20-	1	9
56	18	11	2	14	0	5	7	5	2	22-	19-	17	19-	0	9
60	18	10	1	14	23-	4	6	4	1	21-	18-	16-	18-	23	8
64	17	10	1	13	22-	3	5	3	0	20-	17-	16-	17-	23-	8
68	17	10	1	13	22-	2	4	2	23-	19-	16-	15-	16-	22-	7
72	17	9	0	12	21-	2	3	1	22-	18-	15-	14-	16-	21-	7
76	16	9	0	12	20-	1	2	0	21-	17-	14-	13-	15-	21-	6
80	16	9	23-	11	20-	0	1	23-	20-	16-	12-	12-	14	20-	6
84	16	8	23-	11	19-	23-	0	22-	18-	14-	11-	11-	13-	19-	5
88	16	8	23-	10	18-	22-	23-	21-	17-	13-	10-	10-	12-	19-	5
92	15	8	22-	10	18-	22-	22-	20-	16-	12-	9-	9-	11-	18-	4
96	15	8	22-	9	17-	21-	21-	19-	15-	11-	7-	8-	11-	17-	4
100	15	7	22-	9	16-	20-	20-	18	14-	10-	7-	7-	10-	17-	3

		3100	3200	3300	3400	3500	3600	3700	3800	3900
Dies æqui noctii juxta Cal.	Gregor. veri	21	20	21	22	22	22	22	23	23
	medii	23	23	23	23	23	23	23	23	23
	Antiqu. veri	28	27	27	27	26	26	25	25	24
	medii	1	1	29f	28	27	27	26	25	24
	Nostrum veri	20	20	20	20	20	20	20	20	20
	medii	22	23	22	21	21	21	21	20	20
	0	3	17	8	1	18	9	22	7	13
	4	3	16	8	1	18	8	21	6	12
	8	2	16	8	1	17	8	21	5	11
	12	2	16	8	1	17	8	20	5	10
	16	1	15	7	0	17	7	19	4	9
	20	1	15	7	0	16	7	19	3	8
	24	0	15	7	0	16	6	18	2	7
	28	0	14	6	23-	16	6	18	2	6
	32	0	14	6	23-	15	5	17	1	6
	36	23-	14	6	23-	15	5	16	0	5
	40	23-	13	6	23-	15	4	16	0	4
	44	22-	13	5	22-	14	4	15	23-	3
	48	22-	13	5	22-	14	4	15	22-	2
	52	22-	12	5	22-	13	3	14	21-	1
	56	21-	12	5	21-	13	3	13	21-	0
	60	21-	12	4	21-	13	2	13	20-	0
	64	20-	11	4	21-	12	2	12	19-	23-
	68	20-	11	4	20-	12	1	12	18	22-
	72	19	11	3	20-	11	1	11	18-	21-
	76	19-	10	3	20-	11	0	10	17-	20-
	80	19-	10	3	20-	11	0	10	16-	19-
	84	18-	10	3	19-	10	0	9	15-	18-
	88	18-	9	2	19	10	23-	9	15-	18-
	92	17-	9	2	19-	10	23-	8	14-	17-
	96	17-	9	2	18-	9	22-	7	13-	16-
	100	17-	8	1	18-	9	22-	7	13-	15-

		4000	4100	4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
Dies æquinoctii juxta Kalendarium	Greg. veri	2	22	22	22	21	21	21	22	21
	medii	23	23	23	23	23	23	23	23	23
	Antiqui veri	3	22	21	20	19	18	17	17	16
	medii	4	23	22	21	21	20	19	18	18
	Nostrum veri	20	20	20	20	20	20	20	20	20
	medii	21	21	21	21	22	22	22	21	22
	0	15	15	13	11	10	12	17	1	14
	4	14	14	12	10	9	11	16	1	13
	8	13	13	11	9	9	10	15	0	13
	12	12	12	10	8	8	10	15	0	13
	16	11	11	9	7	7	9	14	23-	12
	20	10	10	8	6	6	8	14	23-	12
	24	9	9	7	5	5	7	13	22-	12
	28	8	7	6	4	4	7	12	22-	11
	32	7	6	5	3	3	6	12	21-	11
	36	5	5	4	2	2	5	11	21-	11
	40	5	4	3	1	1	4	11	21-	10
	44	4	3	2	0	0	3	10	20-	10
	48	3	2	1	23-	0	3	9	20-	10
	52	2	1	0-	22-	23-	2	9	19-	9
	56	1	0	23	21-	22-	1	8	19-	9
	60	0	23-	22	20-	21-	0	7	18-	8
	64	23-	22-	21-	19-	20-	0	7	18-	8
	68	22-	21-	20-	18-	19-	23-	6	17-	8
	72	22-	20-	19-	17-	18-	22-	6	17-	7
	76	21-	19-	18-	16-	17-	21-	5	16-	7
	80	20-	18-	17-	15-	16-	21-	4	16-	7
	84	19-	17-	16-	14-	15-	20-	4	15-	7
	88	18-	16-	15-	13-	15-	19-	3	15-	6
	92	17-	15-	14-	12-	14-	18-	2	14-	6
	96	16-	14-	13-	11-	13-	17-	2	14-	5
	100	15-	13-	11-	10-	12-	17-	1	14-	5

Dies æquinoctii juxta Kalendariũ		4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500	5600
Greg.	veri	22	22	23	23	24	24	25	24
	medii	23	23	23	23	23	23	23	23
Antiqui	veri	16	15	15	15	15	14	14	13
	medii	17	16	15	15	14	13	12	12
Noſtrum	veri	20	20	20	20	20	20	20	20
	medii.	21	21	20	20	19	19	18	19
	0	5	23	18	13	6	21	9	15
	4	5	23	18	13	6	20	9	
	8	5	23	18	12	6	20	8	
	12	4	22	18	12	5	19	7	
	16	4	22	17	12	5	19	6	
	20	4	22	17	12	4	19	6	
	24	4	22	17	11	4	18	5	
	28	3	22	17	11	4	18	4	
	32	3	21	16	11	3	17	4	
	36	3	21	16	11	3	17	3	
	40	3	21	16	10	3	16	2	
	44	2	21	16	10	2	16	1	
	48	2	21	16	10	2	15	1	
	52	2	21	15	10	1	15	0	
	56	2	20	15	9	1	14	23-	
	60	1	20	15	9	1	14	23-	
	64	1	20	15	9	0	13	22-	
	68	1	20	15	8	0	13	21-	
	72	1	20	14	8	0	13	20-	
	76	1	19	14	8	23-	12	20-	
	80	0	19	14	8	23-	12	19-	
	84	0	19	14	7	22-	11	18-	
	88	0	19	14	7	22-	11	18-	
	92	0	19	13	7	22-	10	17-	
	96	23-	18	13	7	21-	10	16-	
	100	23-	18	13	6	21-	9	15-	

Secunda Tabula ſerviens ad inveſtigationem ho-

H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M
0 0	0 25	0 50	1 16	1 41	2 6	2 31	2 56	3 21
1600	2000	2400	2800	3200	3600	4000	4400	4800
1700	2100	1500	2900	3300	3700	4100	4500	4900
1800	2200	2600	3000	3400	3800	4200	4600	5000
1900	2300	2700	3100	3500	3900	4300	4700	5100

ræ æquinoct. medii cuiuslibet anni omnib. tribus

H M	H M	0	4	8	12	16	20	24	28	32	36	40	44
3 46	4 12												
5200	5600	0	23-	22-	21	21-	20-	19-	19.	18-	17-	16-	16.
5300		6	5	4	4	3	2	1	1	0	23-	23-	22-
5400		12	11	10	10	9	8	8	7	6	5	5	4
5500		18	17	16	16	15	14	14	13	12	11	11	10

Calendariis communis.

48	52	56	60	64	68	72	76	80	84	88	92	96	100
15-	14-	14-	13-	12-	11-	11-	10-	9-	9-	8-	7-	6.	6-
21-	20-	20-	19-	18-	18.	17-	16	15-	15-	14.	13-	13-	12-
3	3	2	1	0	0	23-	22	21-	21.	20-	19-	19-	18-
9	9	8	7	6	6	5	4	4	3	2	1	1	0

Qua

Qua ratione tempus æquinoctii medii cuiuslibet anni ab anno 600 usq; ad annum 5700 ex tabulis antecedentibus inquirendum sit.

IN tabula antecedenti sub die æquinoctii veri habetur etiam dies æquinoctii medii. Horam vero ex secunda tabula venari oportet, observatis omnibus cautelis, de quibus supra in temporis æquinoctii veri investigatione dictum est. Quibus accedit, quod ad diem & horam æquinoctii medii sic inventam hora supra annum centesimum dato tempore proxime minorem, in eadem secunda tabula notatæ, adiiciendæ sunt.

CAPVT VII.

Quod æquinoctium vernum apparens in Calendario Gregoriano a die 21 Martii procedere possit, usq; ad diem 27. 28. & 29 eiusdem mensis.

ID probatur exemplis sequentibus in quibus æquinoctium sedem suam, videlicet diem 21 Martii, deserens accidet die 22.

Anno 1702.1703.1706.1707.1711. & innumeris aliis

Idem accidet die 23 Martii

Anno Domini 1901.1902.1903 1905.1906.1907. & pluribus aliis

Idem accidet die 24. Martii

Anno Domini 3903.3907.3911.3915. & multis aliis

Idem

Idem accidet die 25. Martii
Anno Domini 5402. 5403. 5406. 5407. & non paucis aliis
Idem accidet die 26. Martii
Anno Domini 5503. 5507. &c.
Idem accidet die 27 Martii.
Anno Domini 9103. 9107. 9111 &c.
Idem accidet die 28. Martii
Anno Domini 26303. 26307. 26311. &c.
Idem accidet die 29. Martii
Anno Domini 43103. &c.

Et ne vir doctissimus Christophorus Clavius (folio *56*. 76. 283. & *219*. Apol.) dicere possit calumniam hoc esse, & omnino falsum, meq; cavillari, planeq; divinare, ac toto ut dicitur cœlo errare, nec non falsa opinione non calculo niti, adieci calculum sequentem quo assertionem meam demonstrative probo.

Supputatio temporis æquinoctii verni apparentis in annis Gregorianis *9103*. *26303*. & *43103*. præsupposito vero motu Solis ad diem *21*. Martii Cal. Greg. completum, cui respondet in Cal. veteri anno *9103*. dies *13*. Ianuarii eiusdem anni. Anno *26303*, respondet dies *6*, Sept. anni antecedentis. Anno *43103*, respondet dies *3* Maii anni itidem antecedentis, ad meridianum tabularum Prutenicarum, & horas Romano more â media nocte incipientes, & in mediam noctem desinentes.

G Ano-

	Anno 9103				Anno 26103				Anno 43103			
	S	G	M	S	S	G	M	S	Se	G	M	S
Anomalia duplicata	2	3	3	40	2	11	44	47	0	56	30	32
Anomalia ſimplex	4	1	31	49	4	5	52	20	3	28	15	11
Anomalia Solis annua	1	39	12	1	1	36	16	53	1	41	48	9
Motus Solis compoſitus	5	57	15	9	5	56	30	52	5	55	47	36
Proſtaphæreſis æquino.	Su	b1	59	49	Su	bt	53	15	Su	bt	59	31
Aequatio centri	Su	b6	52	18	Su	b7	3	58	Su	3	55	47
Anomalia coæquata ☉	1	32	19	43	1	29	12	55	1	37	52	22
Aequatio orbis	Su	b1	50	41	Su	b1	50	34	Su	1	50	5
Aequatio exceſſus			9	25			10	34			2	14
Abſoluta æquatio orbis	Su	b2	0	6	Su	2	1	8	S	1	52	19
Motus Solis verus ab apparenti æquinoct	5	54	15	14	5	53	36	29	5	52	55	46
Motus diurnus apparẽs Solis			59	11			59	3			59	21
Tempus æquinoctii in Cal. Gregoriano,			D	H			D	H			D	H
	M	ar	27	2	M	ar	28	12	M	ar	29	4

Apud Orientaliores fit idem ęquinoctium adhuc tardius. Non poterit mihi quiſquam hic obiicere quód in remota annis tempora calculum extenderim, quandoquidem etiam folio 134. ſuæ Apologię tabulam æquationis Epactarum expanſę ad annum 43800, uſq; extendit.

Quod vero ab eodem (qui in dicta Apologia ſua contra Mæſtlinum folio 56, & 57, ęquinoctium vernum apparens, ante annum 20005, nunquam ultra diem 23, Martii accidere poſſe, probare conatur) diſſentiam, non mihi ſed calculo quo nitor opinioni Clavianæ contrario, æquus lector imputet. Ex tabulis Prutenicis hæc ſupputavi quas etiam in correctione Calendarii Gregoriana adhibitas eſſe Clavius fatetur fol, 67, ſuæ Apologiæ.

Quod

Quod æquinoctium medium Calen. Gregoriani, non maneat fixum in die 21. Martii sed procedere possit usq; ad diem 28. eiusdem mensis.

CLavius folio 54, & alibi in multis locis suæ Apologiæ docet quod æquinoctium medium præcedat aut sequatur verum tanto tempore quantum satis est ut Sol motu suo vero arcum æquationis præcessionis æquinoctiorum percurrat. Cum igitur æquinoctium vernum apparens contingat die 29. Martii circa horam 4. à media nocte.

Anno Domini 43103. quo præcessionis æquinoctiorum æquatio est Scrup.59, primorum 31. secundorum subtractiva quem arcum Sol viginti quatuor fere horis peragrat sequitur quod eodem anno 43103 æquinoctium medium Clavianum fiet uno die ante verum hoc est die 28. Martii hora 4. post medium noctis. Idem æquinoctium medium fit anno 26303. iuxta Calendarium Gregorianum die 27. Martii. Idem fit die 26. Martii, anno 9103.

Non video qua ratione Clavius salvabit quod folio 73, suæ Apologiæ sic dicit: Nunquam Gregorius 13. in bulla Calendarii sui populo Christiano persuadere conatus est, verum æquinoctium secundum Calendarii restitutionem in die 21 Martii fixam semper sedem tenere, sed de medio tantum vel potius de æquinoctio anni medii & æqualis, quod à vero non longe abesse potest, si æquatio annorum 400 adhibeatur &c.

Quod æquinoctium medium Astronomicum in Calendario Gregoriano nunquam fiat die 20 vel 21 Martii, sed die vel 22 v. 23. v. 24.

Motus compositus Solis æqualis teste *15* præcepto tabularum Prutenicarum regulariter pendet ab æquinoctio medio, id est, incipit in ipso momento temporis quando fit æquinoctium medium. Motus Solis compositus primum punctum sui circuli in Calendario Gregoriano semper inchoat tempore incluso inter hor. 6 diei *22* ut fit anno *1696*, & inter horam 11 diei 24 Martii ut fit an. 1903 (quam periodum quolibet 400 annorum spacio repetit, & in *4000* annis Gregorianis nonnisi 4 horis, *12* scrupulis in consequentia procedendo mutat) nunquam autem die 20 & *21*. Nunquam ergo æquinoctium medium Astronomicum fit die 20, vel *21* Martii ut dicit Clavius folio 50 suæ Apologiæ.

Quod æquinoctium medium Cal. Gregor. non sit medium Astronomicum.

Clavius dicit æquinoctium vernum medium tum fieri, quando Sol vero suo motu punctum æquinoctii medii attingit, at hoc erroneum esse patebit ex sequentibus rationibus.

Prima Ratio.

Ut æquinoctium vernum apparens idem est quod initium anni tropici apparentis: ita etiam æquinoctium medium idem est quod initium anni tropici medii.

Initium

Initium autem anni tropici medii fit, quando Sol medio motu composito totum Zodiaci circuitum emensus redit ad idem punctum medii æquinoctii unde discesserat. Ut patet ex Joanne Antonio Magino, Astronomo nostri seculi ingeniosissimo qui canone 38 tabularum secundorum mobilium annum tropicum æqualem sic definit:

ANNUS ttopicus æqualis est, quo Sol medio motu Composito seu æquali motu ab æquinoctio, totum Zodiaci circuitum emensus redit ad idem punctum æquinoctii verni medii. huius anni æqualis vertentis spacium est dierum 365 scrup. 14/,33//,9///, seu præter dies integros horarum 5 scrup 49/,16//, &c.

Ergo etiam tum fit æquinoctium vernum medium quaudo Sol motu suo composito æquali punctū æquinoctii verni medii attingit, non tum quando Sol motu suo vero cum eodem puncto æquinoctii verni medii conjungitur, ut vult Clavius.

Secunda ratio.

Aequinoctium medium Astronomicum in Calendario Gregoriano propter decem dies ciectos & ternorum dierum in quadringentis quibuslibet annis omissionem, iisdem diebus quibus his proximis seculis contingit nimirum die 22, 23 & 24 Martii fixum manetque usque ad annum Domini 13903. At æquinoctium Calen. Greg. ante annum 9103 inclusive vagatur per diem 20, 21, 22, 23, 24, 25 & 26 fere Martii. Non est igitur medium Astronomicum.

Tertia ratio.

Nullus motus medius & nulla Syzygia media admittit aliquam prostaphæresin seu æquationem. Aequinoctium medium Astronomicum est Syzygia media qua linea medii motus Solis cum puncto æquinoctii medii coniungitur. Quamobrem nullam æquationem admittere debet. Vnde liquet æquinoctium medium Calend. Gregorian. quod omnes prostaphæreses motus Solis prçter unicam prostaphæresin æquinoctiorum, requirit, non posse vocari æquinoctium medium sed potius fictitium, seu mixtum ex vero & medio.

Quanto intervallo æquinoctium verum & medium inter se distent.

Aequinoctium vernum apparens fit, quando linea veri motus Solis punctum çquinoctii verni veri attingit.

Aequinoctium vernum medium Astronomicum fit tunc, quando linea media motus Solis punctum æquinoctii verni medii attingit.

Tempus æquinoctii apparentis variatur à tempore æquinoctii medii prout variātur prostaphæreses æquinoctiorum & orbis Solis absolutæ.

Nam quando prostaphæreses utræque eiusdem sunt speciei &

Adiect. } æquinoctium verum { antecedit / sequitur } medium tan-
Subtract. }

tum quanta est summa earundem.

Hæc

Hæc ſumma per motum diarium Solis apparentem in tempus reducta oſtendit diſtantiam æquinoctii veri â medio in diebus & horis.

Quando utraq́ proſthaphæreſes prædictæ diverſæ ſunt ſpeciei & proſtaphæreſis maior eſt.

Adiect. } æquinoctium verum { antecedit / ſequitur } medium tantū, ſubtract } quanta eſt differentia earundem.

Quæ differentia per motum diarium apparentem Solis in tempus reducta oſtendit diſtantiam æquinoctii veri â medio in diebus & horis.

Denique quando proſtaphæreſis æquinoctio rum ſubtractiva æqualis fuerit proſtaphęreſi orbis Solis abſolutæ adiectivæ, & vice verſa, quando proſtaphæreſis æquinoctiorum adiectiva æqualis fuerit proſtaphæreſi orbis Solis abſolutæ ſubtractivæ.

Vel etiam.

Quando anomalia ęquinoctiorum fuerit gradūum vel 0, vel 180; & Sol fuerit in Apogæo vel Perigæo ſui Epicycli. Tunc æquinoctium medium cum vero concurrit & eodem momento temporis utrumque fit.

Quod

		4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500	5600
Dies æquinoctii juxta Kalendariũ	Greg. veri	22	22	23	23	24	24	25	24
	medii	23	23	23	23	23	23	23	23
	Antiqui veri	16	15	15	15	15	14	14	13
	medii	17	16	15	15	14	13	12	12
	Nostrum veri	20	20	20	20	20	20	20	20
	medii.	21	21	20	20	19	19	18	19
	0	5	23	18	13	6	21	9	15
	4	5	23	18	13	6	20	9	
	8	5	23	18	12	6	20	8	
	12	4	22	18	12	5	19	7	
	16	4	22	17	12	5	19	6	
	20	4	22	17	12	4	19	6	
	24	4	22	17	11	4	18	5	
	28	3	22	17	11	4	18	4	
	32	3	21	16	11	3	17	4	
	36	3	21	16	11	3	17	3	
	40	3	21	16	10	3	16	2	
	44	2	21	16	10	2	16	1	
	48	2	21	16	10	2	15	1	
	52	2	21	15	10	1	15	0	
	56	2	20	15	9	1	14	23-	
	60	1	20	15	9	1	14	23-	
	64	1	20	15	9	0	13	22-	
	68	1	20	15	8	0	13	21-	
	72	1	20	14	8	0	13	20-	
	76	1	19	14	8	23-	12	20-	
	80	0	19	14	8	23-	12	19-	
	84	0	19	14	7	22-	11	18-	
	88	0	19	14	7	22-	11	18-	
	92	0	19	13	7	22-	10	17-	
	96	23-	18	13	7	21-	10	16-	
	100	23-	18	13	6	21-	9	15-	

Secunda Tabula ſerviens ad inveſtigationem ho-

H M.	H M	H M	H M	H M	H M.	H M	H M	H M
0 0	0 25	0 50	1 16	1 41	2 6	2 31	2 56	3 21
1600	2000	2400	2800	3200	3600	4000	4400	4800
1700	2100	1500	2900	3300	3700	4100	4500	4900
1800	2200	2600	3000	3400	3800	4200	4600	5000
1900	2300	2700	3100	3500	3900	4300	4700	5100

ræ æquinoct. medii cuiuslibet anni omnib. tribus

H M	H M	0	4	8	12	16	20	24	28	32	36	40	44
3 46	4 12												
5200	5600	0	23-	22-	21	21-	20-	19-	19-	18-	17-	16-	16.
5300		6	5	4	4	3	2	1	1	0	23-	23-	22-
5400		12	11	10	10	9	8	8	7	6	5	5	4
5500		18	17	16	16	15	14	14	13	12	11	11	10

Calendariis communis.

48	52	56	60	64	68	72	76	80	84	88	92	96	100
15-	14-	14-	13-	12-	11-	11-	10-	9-	9-	8-	7-	6-	6-
21-	20-	20-	19-	18-	18-	17-	16	15-	15-	14-	13-	13-	12-
3	3	2	1	0	0	23-	22	21-	21.	20-	19-	19-	18-
9	9	8	7	6	6	5	4	4	3	2	1	1	0

Qua

Qua ratione tempus æquinoctii medii cuiuslibet anni ab anno 660 usq; ad annum 5700 ex tabulis antecedentibus inquirendum sit.

IN tabula antecedenti sub die æquinoctii veri habetur etiam dies æquinoctii medii. Horam vero ex secunda tabula venari oportet, observatis omnibus cautelis, de quibus supra in temporis æquinoctii veri investigatione dictum est. Quibus accedit, quod ad diem & horam æquinoctii medii sic inventam hora supra annum centesimum dato tempore proxime minorem, in eadem secunda tabula notatæ, adiiciendæ sunt.

CAPVT VII.

Quod æquinoctium vernum apparens in Calendario Gregoriano a die 21 Martii procedere possit, usq; ad diem 27. 28. & 29 eiusdem mensis.

ID probatur exemplis sequentibus in quibus æquinoctium sedem suam, videlicet diem 21. Martii, deserens accidet die 22.

Anno 1702.1703.1706.1707.1711. & innumeris aliis

Idem accidet die 23 Martii

Anno Domini 1901.1902.1903 1905:1906.1907. & pluribus aliis

Idem accidet die 24. Martii

Anno Domini 3903.3907.3911,3915. & multis aliis

Idem

Idem accidet die 25. Martii
Anno Domini 5402 5403 5406. 5407. & non paucis aliis
Idem accidet die 26. Martii
Anno Domini 5503. 5507. &c.
Idem accidet die 27 Martii.
Anno Domini 9103. 9107. 9111 &c.
Idem accidet die 28. Martii
Anno Domini 26303. 26307. 26311. &c.
Idem accidet die 29. Martii
Anno Domini 43103. &c.

Et ne vir doctiſſimus Chriſtophorus Clavius (folio 56. 76. 283. & 219. Apol.) dicere poſſit calumniam hoc eſſe, & omnino falſum, meq; cavillari, planeq; divinare, ac toto ut dicitur cœlo errare, nec non falſa opinione non calculo niti, adieci calculum ſequentem quo aſſertionem meam demonſtrative probo.

Supputatio temporis æquinoctii verni apparentis in annis Gregorianis 9103. 26303. & 43103. præſuppoſito vero motu Solis ad diem 21. Martii Cal. Greg. completum, cui reſpondet in Cal. veteri anno 9103. dies 13. Ianuarii eiuſdem anni. Anno 26303, reſpondet dies 6, Sept. anni antecedentis. Anno 43103, reſpondet dies 3 Maii anni itidem antecedentis, ad meridianum tabularum Prutenicarum, & horas Romano more â media nocte incipientes, & in mediam noctem deſinentes.

	Anno 9103				Anno 26103				Anno 43105			
	S	G	M	S	S	G	M	S	Se	G	M	S
Anomalia duplicata	2	3	3	40	2	11	44	47	0	56	30	32
Anomalia simplex	4	1	31	49	4	5	52	20	3	28	15	11
Anomalia Solis annua	1	39	12	1	1	36	16	53	1	41	48	9
Motus Solis composit9	5	57	15	9	5	56	30	52	5	55	47	36
Prostaphæresis æquino.	Su	b1	59	49	Su	bt	53	15	Su	bt	59	31
Aequatio centri	Su	b6	52	18	Su	b7	3	58	Su	3	55	47
Anomalia coæquata ☉	1	32	19	43	1	29	12	55	1	37	52	22
Aequatio orbis	Su	b1	50	41	Su	b1	50	34	Su	1	50	5
Aequatio excessus			9	25			10	34			2	14
Absoluta æquatio orbis	Su	b2	0	6	Su	2	1	8	S	1	52	19
Motus Solis verus ab apparenti æquinoct	5	54	15	14	5	53	36	29	5	52	55	46
Motus diurnus apparẽs Solis			59	11			59	3			59	21
Tempus æquinoctii in			D	H			D	H			D	H
Cal. Gregoriano,	M	ar	27	2	M	ar	28	12	M	ar.	29	4

Apud Orientaliores fit idem equinoctium adhuc tardius. Non poterit mihi quisquam hic obiicere quód in remota annis tempora calculum extenderim, quandoquidem etiam folio 134. suæ Apologię tabulam æquationis Epactarum expansę ad annnm 43800, usq; extendit.

Quod vero ab eodem(qui in dicta Apologia sua contra Mæstlinum folio 56, & 57, ęquinoctium vernum apparens, ante annum 20005, nunquam ultra diem 23, Martii accidere posse, probare conatut) dissentiam, non mihi sed calculo quo nitor opinioni Clavianæ contrario, æquus lector imputet. Ex tabulis Prutenicis hæc supputavi quas etiam in correctione Calendarii Gregoriana adhibitas esse Clavius fatetur fol. 67, suæ Apologiæ.

Quod

Quod æquinoctium medium Calen. Gregoriani, non maneat fixum in die 21. Martii sed procedere possit usq; ad diem 28. eiusdem mensis.

CLavius folio 54, & alibi in multis locis suæ Apologiæ docet quod æquinoctium medium præcedat aut sequatur verum tanto tempore quantum satis est ut Sol motu suo vero arcum æquationis præcessionis æquinoctiorum percurrat. Cum igitur æquinoctium vernum apparens contingat die 29. Martii circa horam 4. à media nocte.

Anno Domini 43103. quo præcessionis æquinoctiorum æquatio est Scrup. 59. primorum 31. secundorum subtractiva quem arcum Sol viginti quatuor fere horis peragrat sequitur quod eodem anno 43103 æquinoctium medium Clavianum fiet uno die ante verum hoc est die 28. Martii hora 4. post medium noctis. Idem æquinoctium medium fit anno 26303. iuxta Calendarium Gregorianum die 27. Martii. Idem fit die 26. Martii, anno 9103.

Non video qua ratione Clavius salvabit quod folio 73, suæ Apologiæ sic dicit: Nunquam Gregorius 13. in bulla Calendarii sui populo Christiano persuadere conatus est, verum æquinoctium secundum Calendarii restitutionem in die 21 Martii fixam semper sedem tenere, sed de medio tantum vel potius de æquinoctio anni medii & æqualis, quod à vero non longe abesse potest, si æquatio annorum 400 adhibeatur &c.

Quod æquinoctium medium Astronomicum in Calendario Gregoriano nunquam fiat die 20 vel 21 Martii, sed die vel 22 v. 23. v. 24.

Motus compositus Solis æqualis teste 15 præcepto tabularum Prutenicarum regulariter pendet ab æquinoctio medio, id est, incipit in ipso momento temporis quando fit æquinoctium medium. Motus Solis compositus primum punctum sui circuli in Calendario Gregoriano semper inchoat tempore incluso inter hor. 6 diei 22 ut fit anno 1696, & inter horam 11 diei 24 Martii ut fit an. 1903 (quam periodum quolibet 400 annorum spacio repetit, & in 4000 annis Gregorianis nonnisi 4 horis, 12 scrupulis in consequentia procedendo mutat) nunquam autem die 20 & 21. Nunquam ergo æquinoctium medium Astronomicum fit die 20, vel 21 Martii ut dicit Clavius folio 50 suæ Apologiæ.

Quod æquinoctium medium Cal. Gregor. non sit medium Astronomicum.

Clavius dicit æquinoctium vernum medium tum fieri, quando Sol vero suo motu punctum æquinoctii medii attingit, at hoc erroneum esse patebit ex sequentibus rationibus.

Prima Ratio.

Ut æquinoctium vernum apparens idem est quod initium anni tropici apparentis: ita etiam æquinoctium medium idem est quod initium anni tropici medii.

Initium.

Initium autem anni tropici medii fit, quando Sol medio motu composito totum Zodiaci circuitum emensus redit ad idem punctum medii æquinoctii unde discesserat. Ut patet ex Joanne Antonio Magino, Astronomo nostri seculi ingeniosissimo qui canone 38 tabularum secundorum mobilium annum tropicum æqualem sic definit:

ANNUS ttopicus æqualis est, quo Sol medio motu Composito seu æquali motu ab æquinoctio, totum Zodiaci circuitum emensus redit ad idem punctum æquinoctii verni medii. huius anni æqualis vertentis spacium est dierum 365 scrup. 14/,33//,9///, seu præter dies integros horarum 5 scrup 49/,16//, &c.

Ergo etiam tum fit æquinoctium vernum medium quaudo Sol motu suo composito æquali punctū æquinoctii verni medii attingit, non tum quando Sol motu suo vero cum eodem puncto æquinoctli verni medii conjungitur, ut vult Clavius.

Secunda ratio.

Aequinoctium medium Astronomicum in Calendario Gregoriano propter decem dies eiectos & ternorum dierum in quadringentis quibuslibet annis omissionem, iisdem diebus quibus his proximis seculis contingit nimirum die 22, 23 & 24 Martii fixum manetque usque ad annum Domini 13903. At æquinoctium Calen. Greg. ante annum 9103 inclusive vagatur per diem 20, 21, 22, 23, 24, 25 & 26 fere Martii. Non est igitur medium Astronomicum.

 Tertia

Tertia ratio.

Nullus motus medius & nulla Syzygia media admittit aliquam prostaphæresin seu æquationem. Aequinoctium medium Astronomicum est Syzygia media qua linea medii motus Solis cum puncto æquinoctii medii coniungitur. Quamobrem nullam æquationem admittere debet. Vnde liquet æquinoctium medium Calend. Gregorian. quod omnes prostaphæreses motus Solis pręter unicam prostaphæresin æquinoctiorum, requirit, non posse vocari æquinoctium medium sed potius fictitium, seu mixtum ex vero & medio.

Quanto intervallo æquinoctium verum & medium inter se distent.

Aequinoctium vernum apparens fit, quando linea veri motus Solis punctum ęquinoctii verni veri attingit.

Aequinoctinm vernum medium Astronomicum fit tunc, quando linea media motus Solis punctum æquinoctii verni medii attingit.

Tempus æquinoctii apparentis variatur à tempore æquinoctii medii prout variãtur prostaphæreses æquinoctiorum & orbis Solis absolutæ.

Nam quando prostaphæreses utræque eiusdem sunt speciei &

Adiect. } æquinoctium verum { antecedit } medium tan-
Subtract. } { sequitur }

tum quanta est summa earundem.

Hæc

Hæc ſumma per motum diarium Solis apparentem in tempus reducta oſtendit diſtantiam æquinoctii veri â medio in diebus & horis.

Quando utraq; proſthaphareſes prædictæ diverſæ ſunt ſpeciei & proſtaphæreſis maior eſt.

Adiect. / ſubtract. } æquinoctium verum { antecedit / ſequitur } medium tantū quanta eſt differentia earundem.

Quæ differentia per motum diarium apparentem Solis in tempus reducta oſtendit diſtantiam æquinoctii veri â medio in diebus & horis.

Denique quando proſtaphæreſis æquinoctiorum ſubtractiva æqualis fuerit proſtaphęreſi orbis Solis abſolutæ adiectivæ, & vice verſa, quando proſtaphæreſis æquinoctiorum adiectiva æqualis fuerit proſtaphæreſi orbis Solis abſolutæ ſubtractivæ.

Vel etiam.

Quando anomalia ęquinoctiorum fuerit graduum vel o, vel 180; & Sol fuerit in Apogæo vel Perigæo ſui Epicycli. Tunc æquinoctium medium cum vero concurrit & eodem momento temporis utrumque fit.

Quod

Quod æquinoctium verum à medio non toto quatriduo distare possit ut dicit Mestlinus.

Maxima æquinoctiorum prostaphęresis quæ est gradus 1, scrup. 11 primorum, 22 secundorum, 30 tertiorum subtractiva cum maxima prostaphæresi orbis Solis absoluta graduum 2 scrup. 23 primorum, 24 secundorum, itidem subtractiva nunquam concurrere potest, nisi quando anomalia Apogæi sive centri Solis fuerit Sexag. 0. graduum 45. Et anomalia annua æqualis fuerit Sexagen. 1, graduum 27, scrup. 13 primorum, 56 secundorum. Quo tamen etiam tempore Prosthaphæresis orbis solis absoluta propter decrescentiam 7 primorum, 54 secundorum scrupulorum proportionalium, minor est 4 scrupulis primis 18 secundis.

Pari ratione dictę maximæ prostaphęresis æquinoctiorum & orbis Solis utræque adiectivæ nunquam concurrere possunt, nisi quando anomalia centri Solis fuerit Sexag. 5 graduum 15 & anomalia annua Solis æqualis fuerit Sexag. 4. graduum 32. scrupulo 46 primorum, 4 secundorum. Ubi etiam prostaphæresis orbis Solis absoluta scrup. 4. primis. 3. secundis minor reperitur ob defectum scrup. 7. primorum 54 secundorum proportionalium. Maximæ igitur prostaphæreses æquinoctiorum & orbis Solis quæ concurrere possunt compositæ faciunt gradus 3, scrup. 30 prima. 28 secunda, qui arcus per motu Solis mediū diarium qui est scru. 59 primorum, 8 secundorum, (quem in qualibet eccentrotete habet anomalia Solis annua coæquata circa longitudines medias, quibus maxima æquatio orbis

Solis competit,in tempus reductus,gignit dies 3, horas 13 fere,quibus scilicet æquinoctium medium & verum ultro citroque maximè ab invicem distare possunt. Errat igitur Mestlinus dicens, quod verum æquinoctium à medio toto quatriduo, tam in antecedentia,quam in consequentia recedere possit,cum 11 horæ ferè desiderentur. Qui tamen error non magni faciendus est,si conferatur cum errore Clavii, qui folio 55 suæ Apologię dicit,tempus inter verum ac medium ęquinoctium nunquam excedere diem 1. & horas 6, aut paulo amplius, etiam tunc cum motus Solis tardiss.est, & æquin. æquatio maxima.

Quod maxima æquatio absoluta orbis Solis plus quam duos gradus contineat.

Quando anomalia centri exacte compleverit circulum,& anomalia annua coæquata fuerit Sexag. 1, graduum 32,Scrupula proportionalia sunt 60/,0//,Prosthaphęresis orbis Solis est grad. 1.scrup. 50 primorum, 41 secundorum. Excessus est scrup. 32/, 43//. de quo pars congruens præmissis scrupulis proportionalibus est scrup. 32/,43//, quæ addita prosthaphæresi orbis Solis superiori,reddit eam absolutam graduum 2. scrup. 23 primorum 24 secundorum; Clavius autem folio 55 suæ Apologiæ asserit,quod æquatio Solis nunquam duos gradus contineat.

Obiectionis Clavii solutio.

Cum supra dixerim ęquinoctium verum à medio distare posse diebus tribus, horis 13 fere,dicit Clavius in Apologia sua folio 55 repugnare hoc decimo prȩcepto tabularum Prutenicarum, ubi Erasmus Reinholdus

holdus sic dicit. Differentia inter medium & apparens æquinoctium est Prosthaphæresis seu æquatio æquinoctiorum quę maxima scrup. est 71 12. & secundorum 22 cum semisse unius secundi. Respondeo. Inter æquinoctium verum & medium duplex est differentia, una, quam facit motus octavæ sphæræ, qua scilicet differunt loca æquinoctiorum veri & medii: hæc semper tãta est, quanta est æquatio æquinoctiorum seu octavæ sphæræ. Altera, quam facit Sol duplici suo motu prædicta puncta ęquinoctiorum veri vero & medii medio attingens. Hæc quando maxima est dies 3 & horas 13 ut supra dixi complectitur. In loco igitur ex tabulis Prutenicis allegato intelligi debet differentia non quam Sol sed quam motus octavæ sphęræ efficit. Nam in dicto præcepto tractatur de calculo veri motus octavæ sphærę seu de veræ præcessionis æquinoctii verni supputatione. non de temporis æquinoctii apparentis & medii investigatione. Quod si adhuc urserit, dico, quod huiusmodi æquinoctiũ medium Solare, quod á vero non amplius quã quãta est prosthaphæresis æquinoctiorum differt per 3 dierum in quadringentis quibuslibet annis elisionem certo alicui diei alligari minime potest, sed perinde fere vagabundum sit ac verum quod in Cal. Gregoriano ad 29 usque diem Martii progressurum supra probavimus.

Denique quod præcipuum est illud ipsum æquinoctium medium Cal. Gregoriani longe melius diem 21 Martii custodit in nostro Calendario quam in Gregoriano. Nam in nostro Calendario ita coactum est ut infra 18 & ultra 22 diem Martii accidere nemo unquam probare possit.

Operis

Operis tabularum Prutenicarum author in dedicatoria sua ad Ducem Prussiæ epistola de Nicolao Copernico Astronomiæ restauratore scribens: Vir, inquit, doctissimus, quem vel Atlantem vel Ptolomæum alterum nominare possumus, Copernicus, etsi constitutis observationibus demonstrationes & motuum causas eruditissime tradidit, tamen hunc laborem tabulas construendi adeo defugit, ut si quis computet ex ipsius canonibus ne quidem ad eas demonstrationes computatio congruat quibus fundamentum operis nititur &c.

Similiter in præfatione ad lectorem.

Magnam inquit gratiam debemus summo Viro Nicolao Copernico quod & observationes suas multorum annorum vigiliis & magna laboris assiduitate partas, studiosis liberaliter communicavit & collapsam pene motuum doctrinam restituit atque in lucem revocavit edito opere suo revolutionum, verum ut Geometrica eius omnia tanquam summi artificis sunt perfecta & plane elaborata, ut haud sciam an quicquam melius in hoc toto genere doctrinæ proferri unquam possit. ita languisse interdum optimi senis studium in numerorum tractatione res ipsa docet, si quis accurate consideret canones Prostaphæreseon & conferat ipsius inter se calculum & observationes &c.

Quod igitur ille de Copernico, ego quoque de Clavio dicere possum. Est is Vir insignis & Mathematicus præstantissimus cuius opera in Mathematicis edita & ipsius nomini decus immortale & Astronomorum scholæ utilitatem haud vulgarem attulerunt: hallucinatum tamen non raro in supputationibus cum quæ præmisi tum sequentia monstrant exempla.

Quod Clavius folio 50, 51, 52, 53, & 57 suę Apologiæ tempus æquinoctii verni apparentis in annis sequentibus minus recte supputauerit, calculus sequens ostendet.

Calculus temporis æquinoctii verni apparentis in annis sequentibus, præsuppositis motibus ad diem 21 Martii Cal. Greg. completum, seu ad diem Cal: veteris dicto diei 21 Martii Cal. Greg. completo iuxta doctrinam cap. 4 respondentem, & meridianum tabularum Prutenicarum, computatus.

Anni

Anni Domini	Anomalia duplicata.				Anomalia Simplex				Anomalia Solis annua æqual.				Motus Solis compositus.				Prosthaphæresis æquin.			
	Sex	G.	M.	S.	Se	G.	M.	S.	Se	G.	M.		Se	G.	M	S.		G.	M	S.
4709	4	41	10	6	2	20	35	3	3	12	27	1	5	57	58	42	A	1	10	1
5084	5	59	50	49	2	59	55	24	3	5	35	7	5	59	0	34	A	0	0	12
5209	3	12	52	9	4	36	26	4	2	46	4	21	5	58	52	18	A	0	15	54
6004	0	26	4	21	3	13	2	10	3	2	8	[illegible]	5	58	41	46	S	0	31	23
10020	5	15	27	18	5	37	43	38	1	21	27	20	5	58	49	3	A	0	50	4
15002	4	40	42	53	2	20	21	25	5	35	13	1	5	57	29	6	A	1	10	8
15004	4	41	8	4	2	20	34	1	5	35	40	57	5	57	59	33	A	1	10	1
15102	5	1	41	43	2	30	50	50	5	32	51	38	5	57	14	3	A	1	0	43
15202	5	22	40	35	2	41	20	16	5	31	29	23	5	57	58	9	A	0	43	16
15604	0	47	1	10	3	23	30	33	5	23	30	55	5	58	27	34	S	0	52	13
15804	1	28	58	40	3	44	29	23	5	18	48	9	5	57	57	2	S	1	11	20
20004	4	10	10	17	5	5	5	6	3	50	40	57	5	58	16	1	A	1	7	8
20005	4	10	22	51	5	5	11	23	3	50	24	55	5	58	1	53	A	1	7	14
1653	5	59	59	50	2	59	59	55	4	17	59	46	5	59	10	26		0	0	0
1868	0	45	6	22	3	22	33	11	4	13	19	27	5	59	1	45	S	0	50	34
2080	1	29	35	8	3	44	47	34	4	9	25	57	5	59	36	7	S	1	11	22
2296	2	14	54	15	4	7	27	7	4	4	30	1	5	59	13	4	S	0	50	34
2512	3	0	13	19	4	30	6	39	3	59	34	6	5	58	50	2	A		0	16
2724	3	44	42	3	4	52	21	1	3	54	41	28	5	58	25	15	A	0	50	12
2940	4	30	1	11	5	15	0	35	3	50	44	40	5	59	1	21	A	1	11	23
3156	5	15	20	16	5	37	40	8	3	45	48	44	5	58	38	19	A	0	50	10
3368	5	59	49	3	5	59	54	31	3	41	55	14	5	59	12	40	A	0	0	14

Anni Domini	Æquatio centri	Anomalia coæquata Solis.	Æquatio orbis.	Æquatio excessus.	Aequatio absoluta orbis.
	Sex. G. M. S.	Sc. G. M. S.	Se G. M. S.	Sex G. M. S	G. M S.
4709	A 5 11 2	3 17 38 3	A 0 34 35	1 22	A 0 35 57
5084	A 0 0 40	3 5 35 47	A 0 11 9	0 0	A 0 11 9
5209	S 1 54 2	3 0 44 21	A 0 1 28	0 0	A 1 28
6004	S 7 11 3	2 38 53 26	S 0 41 5	12 10	S 53 15
10020	S 2 29 45	1 18 57 35	S 1 47 55	4 5	S 1 52 0
15003	A 5 12 24	5 40 25 25	A 0 36 1	0 47	A 0 36 48
15004	A 5 11 8	5 40 52 5	A 0 35 12	1 15	A 0 36 27
15102	A 4 2 22	5 35 54 0	A 0 42 10	0 54	A 43 4
15202	A 2 41 4	5 34 10 27	A 0 46 51	0 24	A 47 15
15604	S 3 19 50	5 20 11 5	A 1 9 8	0 56	A 1 10 4
15804	S 5 40 13	3 13 7 56	A 1 19 1	3 39	A 1 22 40
20004	S 5 36 0	3 45 4 32	A 1 20 10	19 40	A 1 39 50
20005	S 5 35 30	4 44 49 25	A 1 19 4[illegible]	19 34	A 1 39 23
1653	A 0 0 1	4 17 59 47	A 1 48 56	0 0	A 1 48 56
1865	S 3 12 20	4 10 7 7	A 1 45 12	1 23	A 1 46 35
2080	S 5 41 52	3 3 44 5	A 1 40 39	4 55	A 1 45 33
2296	S 7 7 31	3 57 22 30	A 1 34 49	9 39	A 1 44 29
2512	S 7 19 51	3 52 14 15	A 1 29 13	14 24	A 1 43 37
2724	S 6 28 23	3 43 13 5	A 1 24 19	13 21	A 1 42 40
2940	S 4 45 1	3 45 58 39	A 1 21 23	21 29	A 1 42 52
3156	S 2 30 7	3 43 18 37	A 1 17 43	22 52	A 1 40 35
3368	S 0 0 31	3 41 54 43	A 1 15 44	23 7	A 1 38 51

An-

Anni Domini.	Motus Solis ab app. æquinoctio				Motùs diurnus Solis apparens.			Tempus æquin. iuxta calculum		Tempus æquinoctii iuxta Clav.	
	Sex.	G.	M.	S.	G.	M.	S.	D	H. Mē.	D.H	Mensis
4709	5	59	44	40	1	1	4	22	6 M	21	post mediam noctem
5034	5	59	11	55	1	1	5	22	19	21	ante mediam noctem
5209	5	58	11	51	1	1	7	23	18	23	circa mediam noct.
6004	5	58	14	27	1	1	26	23	17	23	sub occasum Solis
10020	5	57	47	7	0	53	36	24	7	23	post mediam noct.
15002	5	59	16	2	0	57	19	22	18	21	post mediam noct.
15004	5	59	46	1	0	57	18	22	6	20	circa mediam noct.
15102	5	58	57	50	0	57	23	23	2	21	post mediam noct.
15202	5	59	28	40	0	57	26	22	13	21	post mediam noct.
15604	5	58	45	25	0	57	37	23	7	22	post mediam noct.
15804	5	58	8	49	0	57	46	23	22	23	circa mediam noct.
20004	0	1	3	12	1	0	48	20	23	20	post meridiem
20005	0	0	48	30	1	0	48	21	5	20	post mediam noct.
1653	0	0	59	22	0	59	29	21	0	20	post mediam noctem
1868	5	59	57	46	0	59	43	22	4	21	post mediam noct.
2080	0	0	10	18	0	59	58	21	20	21	circa occasum Solis
2256	0	0	6	58	1	0	14	21	21	21	post meridiem.
2512	0	0	33	55	1	0	27	21	11	21	ante meridiem.
2724	0	0	58	7	1	0	39	21	1	20	post mediam noct.
2940	0	1	55	36	1	0	47	20	2	19	post mediam noct.
3156	0	1	9	4	1	0	55	20	21	20	circa occasum Solis
3369	0	0	51	45	1	0	59	21	4	21	circa meridiem.

in horis a media nocte computatis

Libenter hos doctissimi viri lapsus dissimulassem nisi in volumine Calendarii Gregoriani nuper edito eandem prorsus oberraret chordam. & Correctio Calendarii Gregoriana hoc erroneo nunquam solido fundamento niteretur.

Quod

Quod Novilunia media non in $312\frac{1}{2}$ annis Julianis, ut vult Clavius, sed in 304 uno ferè die anticipent.

			D.	H.	M.	S.
Novilunia elapsis annis Iulianis	76	anticipant	0	5	50	13
	152		0	11	40	26
	228		0	17	30	39
	304		0	23	20	52
	380		1	5	11	5
	456		1	11	1	18
	532		1	16	51	31
	608		1	22	41	44
	684 &c.		2	4	31	57

In aliis annis Iulianis, qui per auctionem 76 annorum non surgunt, licet idem aureus numerus currat, anticipatio Noviluniorum notari non potest. & fallitur Clavius folio *105* & alibi in multis locis suæ Apologiæ dicens: Novilunia peractis $312\frac{1}{2}$ annis uno die sedes suas in Calendario antevertere. Nam addantur ad aliquem annum anni *312*, & utriusque radicalis scilicet & compositi quærantur certi alicuius mensis iuxta Cal. Iulianum sive antiquum, novilunia. Videbis illa duo Novilunia non uno die, ut Clavius dicit, sed *12* circiter horis ab invicem differre, & quidem posterioris anni Novilunium non anticipasse, sed versus finem mensis progressum. Et si medium annum addideris videbis Novilunium posterioris anni non uno sed aliquot diebus anticipasse. Addantur vero iuxta nostram anticipationis mediorum Noviluniorum rationem ad aliquem annum anni *304* Iuliani, quærendo utriusque in certo aliquo mense, Syzygias medias, comperies posterioris anni Sy-

Syzygiam uno die absque 39 fere ſcrupulis antecedere Syzygiam anni prioris ita nimirum, quemadmodum nos docemus.

Quod non medium ſed apparens æquinoctium in die 21 Martii fixum detinendum ſit.

Non aliud æquinoctium ex ſententia Concilii Nicæni in die 21 Martii fixum detinendum eſt, quam quod eiuſdem Concilii Nicæni tempore hoc die accidebat. Sed æquinoctium vernum apparens calculo & ipſomet Clavio teſte folio 41 ſuæ Apologiæ dicti Concilii tempore die 21 Martii accidebat. Medium enim Aſtronomicum die vel 22 vel 23 quibus ſcilicet motus Solis medius compoſitus circulum ſuum inchoabat, tunc fiebat. Igitur non medium ſed verum æquinoctium in die 21 Martii fixum detinendum eſt. Et eſt alia ratio ęquinoctiorum, quæ non niſi longo annorum tractu ſedes ſuas variant, quam Noviluniorum quibus nihil eſt mutabilius.

Extat ſpeculum quoddam annuum Polonico idiomate pro Calendario Gregoriano petulco admodum calamo conſcriptum authore quodam abſentis Magiſtri Patris Clavii (ut de ſe ipſo ſcribit) diſcipulo quem ego amice hortor atque moneo ut impoſterum melius in Tabulis Prutenicis ſeſe exerceat. Turpe enim eſt artem quam non didiciſti tractare. Et qui in mediorum motuum calculatione, ita, ut ipſum feciſſe oſtendam, labitur, fruſtra is Matheſeos verorumque motuum ſupputationis peritiam ſibi uſurpare poterit.

Quod dicti speculi author prater errorescum Clavian. communes fo. 102 non rectè calcula-verit Plenilunia Paschalia annorum sequentium.

Anno Domini 326 ponit Plenilunium Paschale duabus fere horis post ortum Solis diei 4 Aprilis, quod factum est duabus horis post mediam noctem eiusdem diei 6 scilicet horis citius.

Anno 346 ponit Plenilunium Paschale tribus horis post ortum Solis diei 24 Martii, quod factum est tribus horis post mediam noctem eiusdem diei.

Anno 441 ponit Plenilunium Paschale duabus horis post occasum Solis diei 23. Martii, quod factum est duabus horis post meridiem eiusdem diei.

Anno 475 ponit Plen. Pasch. circa ortum Solis diei 7 Aprilis, quod factum est 10 horis post meridiem diei 6 eiusdem mensis.

Anno 495 ponit Plenilunium Paschale post ortum Solis diei 27 Martii, quod factum est una hora post mediam noctem eiusdem diei more Romano.

Rectius hæc eadem Plenilunia Paschalia Clavius folio 261 Apol. supputavit, nisi quod etiam Plenilunium Paschale anni 394 quod factum est 7 horis post mediam noctem diei 2 Aprilis, ponat hora 5 post meridiem eiusdem diei. decem videlicet horis tardius.

Eius-

Eiuſdem Speculi author fol. 136 male calculavit Plenilunia media Paſchalia in Aprilem incidentia annorum ſequentium.

			D.	H.		D	H
Anno	1886	ponit plenilunium	18	19 Ap.	Idem plen.	18	9 Ap.
	1905	nilunium	19	7	rectius iuxta	19	1
	1943	Paſchale	19	3	calculum fit.	19	10
	1962	medium	18	19		19	3
	2114	in Cal.	18	15		19	15
	2171	Greg.	19	7		19	17
	2190		18	9		19	9
	368		19	12		18	11
	426		18	13		7	20
	520		19	0		18	0
	596		18	18		17	18
	658		18	20		17	20
	672		18	12		17	12
	710		18	0		17	21
	748		18	7		17	7

Iuxta horas Aſtronomicas in meridie incipientes & in meridie deſinentes, ad meridianum Tab. Magini.

Eiuſdem Speculi author fol. 56 ponit ſequentem falſam tabulam introitus Solis in duodecim ſignorum initia, unde apparet illum non eſſe verſatum in calculo motus Solis.

Menſes.	Anno Biſſextili.			1 poſt Biſſextum.		2 poſt Biſſextum.		3 poſt Biſſextum.	
	D.	S.	M	D	M	D	M	D.	M
Ianuarius.	21	♒	19	20	4	21	50	21	35
Februarius.	20	♓	40	19	25	19	10	20	56
Martius.	21	♈	37	21	23	21	8	22	53
Aprilis.	20	♉	6	21	50	21	36	21	21
Maius.	21	♊	6	22	49	22	35	22	21
Iunius.	22	♋	45	22	31	22	17	22	2
Iulius.	23	♌	22	23	8	24	51	24	37
Auguſtus	23	♍	9	24	53	24	38	24	24
September.	23	♎	18	23	4	24	48	24	34
Octo ber.	24	♏	58	24	42	24	28	24	14
November.	22	♐	6	23	57	23	36	23	21
December.	22	♑	33	22	18	22	3	23	49

Signorum.

Tabula introitus Solis in duodecim ſignorũ initia congruens cum calculo Aſtronomico.

	Anno Biſſextili.			1 poſt Biſſextum.		2 poſt Biſſextum.		3 poſt Biſſextum.	
Ianuarius.	21	♒	5	20	11	20	17	20	23
Februarius.	19	♓	21	19	3	19	9	19	15
Martius.	20	♈	22	21	4	21	10	21	15
Aprilis.	20	♉	10	20	16	20	22	21	4
Maius.	21	♊	10	21	16	21	22	22	4
Iunius.	21	♋	18	22	0	22	6	12	12
Iulius	23	♌	4	23	16	23	16	23	21
Auguſtus	23	♍	9	23	15	3	21	24	3
September.	23	♎	5	23	11	23	17	23	23
October.	23	♏	14	23	19	24	1	24	7
November.	22	♐	11	22	16	22	22	23	4
December.	22	♑	0	23	6	23	12	23	18

Horas à media nocte more Romano computando ad Meridianum T. Prut.

Idem in probatione probæ correcti folio 26 dicit in Calendario veteri Pascha hisce temporibus aliquando celebrari Dominica post 14 lunam Paschalem tertia quod probare nunquam poterit. Si mihi & experientiæ non vult credere legat Magistri sui Apologiam folio 18 ubi sic dicit: Ex hoc errore æquinoctii Verni & Lunæ 14, factum est, ut Pascha sæpissimè celebratum sit 7 aut 28 aut 35 diebus tardius quam Decreta Pattum præcipiunt, &c. Nullibi hic est tertia Dominica ut dicit.

Quod Patres Concilii Nicæni non eiecerint tres dies in Calendarii correctione ut dicit eiusdem Speculi author folio 15 probationis probæ. Cal. correcti.

Si tres dies â Concilio Nicæno de Calendario eiecti fuissent tabulæ Astronomicæ mediorum motuum in annis centesimis non essent proportionales. Sed tabulæ prædictæ mediorum motuum â radice annorum Domini, usque ad annum 1300 sunt proportionales. Nam tantus est motus Planetarum ab anno Domini 300 usque ad annum 400 infra quod seculum dicta Synodus Nicæna celebrata est, quantus est ab Anno 200 usque ad 300, vel ab anno 400 usque ad annum 500, nec opus est in eius collectione rationem habere 3 dierum eiectorum qualis habenda est infra annum 1500, & 1600 ob 10 dies eiectos.

Non est igitur veritati consentaneum, quod Patres Concilii Nicæni corrigendo Calendarium tres dies ex eodem abstulerint.

Eiuſdem Speculi author folio 30 ſui ſpeculi in tabula Aureorum numerorum ex qua poſt Concilium Nicænum novilunia inveſtigabantur, hos aureos numeros 10, 18, 7, 15, 4, 12, 1. 9, 17, 6, 14, 3, 11, 19, 8, in menſe Septembri uno die citius poſuit quam Clavius folio 94 ſuæ Apologię. Idem in dicta ſua tabula diei 28 Februarii aſcripſit Aureum numerum 9 ubi Clavius habet 14.

Idem in menſe Septembri bis annotavit aureũ numerum 13 die videlicet 4 & 22.

Idem folio 29 dicti ſui ſpeculi annui in tabula Aureorum numerorum huius ſeculi in menſe Ianuario diei 7 aſſcripſit Aureum numerum 13 ubi Clavius 14 folio 97 Apologiæ In Februario diei 28 aſcripſit Aureum numerum 2. ubi Clavius habet 1. In Aprili diei 4 aſcripſit 16 ubi Clavius habet 6. In Maio diei 5 aſſcripſit 13 ubi Clavius habet 14.

Diviſio temporis iuxta Speculi annui authorem folio 18.

Hora habet minuta	60
Minutum habet ſecunda	3600
Secundum habet tertia	216000
Tertium habet quarta	12960000
Quartum habet quinta	777600000
Quintum habet Sexta	46655000000
Sextum habet ſeptima	2799360000000
Septimum habet octava	167961600000000
Octavum habet nona	10077696000000000
Nonum habet decima	2176782360000000000

Atque

Alii Mathematici docent, unam horam continere 60 minuta, unum minutum 60 ſecunda, unum ſecundum 60 tertia, unum tertium 60 quarta, unum quartum 60 quinta. unum quintum 60 ſexta, unum ſextum 60 ſeptima, unum ſeptimum 60 octava, unum octavum 60 nona, unum nonum 60 decima.

At Speculi annui author novam nobis temporis diviſionem adinvenit.

Reliqua dicti Speculi vitia his ſimilia aliorum cenſuræ committo, hæc ideo ſaltem recenſere volui, ut eius authorem ad diligentius in calculo exercitium incitarem.

Pro concluſione huius capitis aſtrophilum logiſtam monitum velim, quod in Epochis ☌ & ☍ mediarum â Chriſto Deo in annis Iulianis tabularum Prutenicarum, ab anno 100 Incluſive uſque ad 400 excluſive, item ab anno 900 incluſive usque ad 1100 excluſive, item ab anno 1700 incluſive usque ad an. 1800 excluſive, deſiderentur motus unius menſis lunaris periodici. Eodem vitio laborant etiam tabulæ Magini in radicibus ☌ & ☍ mediarum ☉ & ☽ à Chriſto Domino in annis Iulianis exceptis annis 100 & 200 in quibus errorem prædictum Maginus correxit. Nam motus medii ad tempus aliquod infra dictos annos cẽteſimos incluſum iuxta 41 præceptum ex tabulis Prutenicis præmiſsis collecti differunt à motibus; iuxta 8 earundem tabularum præceptum quæſitis, differentia tẽporis uni integræ Syzygiæ periodicæ reſpondentis. Itẽ in radicib. ☌ & ☍ mediarum ☉ & ☽ à Chriſto Domino in annis Gregorianis tabularum Magni è regione anni 2100 tempus dierum 0 horarum 9 ſcrup. 12 primorum 38 ſecundorum. corrige, ponendo ibidem Dies 0 horas 3 ſcrup. 41 primos, 3 ſecundos.

In

In iisdem Magini tabulis pagina 128. b. sub titulo centri ☽ è regione anni 2100 decem gradus plus iusto ponuntur. Quod probare poteris, quærendo ad idem tempus (reductione tamen prius adhibita) motum centri ☽ ex tabulis Prutenicis.

Ex hoc errore pendet forte præcedens error in tabulis Syzygiarum mediarum ☉ & ☽ eiusdem Magini.

In dicti Magini tabula æquationum Argumenti Lunæ pagina 160 b. è regione gradus 24 Signi 5 & è regione gradus 6 signi 6 desiderantur scrupula 12 prima, 24 secunda. Item è regione gradus 25 signi 5 & é regione gradus 5 signi 6 desiderantur scrup. 10 prima 20 secunda. Item è regione gradus 26 signi 5, & ê regione gradus 4 signi 6 desiderantur scrup. 8 prima 16 secunda.

Hoc etiam ignorare nolo astrophilum logistam quod modus universalis colligendi æquationem dierum pag. 25 b. in Magino nonnihil discrepet à modo universali eiusdem ęquationis dierum Tabularum Prutenicarum. Hinc etiam æquationem temporis genituræ Gregorii 13 Pontificis ponit Maginus scrup. 5 primorum 59 secundorum, quæ tantum est scrup. 5 primorum 42 secundorum. Nam motus Solis medius compositus ad prædictæ genituræ tempus eodem Magino attestante est partium 295, 32/, 49//. Et motus Solis verus ab apparenti æquinoctio est partium 296, 49/ 22.

Ascensio recta est temporum 298 51/ 53//. Per quæ & Epochen tam medii motus Solis compositi quam temporum ascensionis rectæ veri motus Solis ad initium annorum Christi in tabulis Prutenicis positam elicitur ęquatio dierum 17 scrup. secundis minor quam Maginus posuit.

Caput

Hæc errata in tabulis Prutenicis & Magini, quæ inter calculandum fortuito mihi occurrerunt cum alicuius momenti sint & in Cathalogo erratorum a Typographo commissorum non contineantur astrophilus logista vitanda meminerit.

Caput VIII.

Quod in Calendario Gregoriano sæpissime Pascha celebrari continget in ultimo Hebræorum mense cuius Plenilunium (ne dicam 14. Luna) ingressum Solis in arietem antecedit.

ID probatur exemplis sequentibus ubi Plenilunium Paschale tempus æquinoctii verni antecedit.

His & compluribus aliis annis quandoquidem æquinoctium ad diem 27. 28. & 29. Martii progressurum est Calendarium Gregorianum perpetuum in ultimo mense Pascha peraget quod est non modo contra Concilii Nicæni decretum sed contra ipsam etiam sacram scripturam quæ Numerorum 9 capite animam hominis illius qui mense primo Phase non fecit de populo exterminari jubet.

